

non applicentur verba huius regule, que loquuntur in illis, qui officium subcollectionis exercent. Ita fuit dictum, & resolutum in vna Castellaten. Beneficiorum. 7. febr. 1524. coram D. Oratio. Et aduerte hic non decidit quod ad reservationem requiratur exercitum subcollectionis contra supradicta num. 345 sed velle decisio, & ita potest saluari, quod in eo, qui vni negotio est impositus, nec actus, nec potentia possunt verificari verba regule officii exercuerit, que non verificantur in vna vice ex traditis per Natur. in man. cap. 27. num. 249. vers. 3. non includere & alios citatos infra undecima pars. cap. ultimo. numero 198.

Ultimo notandum est, quod in vna Laudem. Parochialis coram Chifanen. de anno 1557. dixerunt Domini, quod licet mortuus procurator, qui substituit, non cessatur reuocatus substitutus ad decem. 414. in nouis & Bisen. 9. de procurator. tamen sicut per redditionem computorum factam per collectorem dicitur expresse ipsius officium, ita censetur expresse officium subcollectionis, premissis tamen, quod per redditionem computorum factam a generali collectore in camera dicantur reddita etiam computa subcollectionis. Bart. in l. diem functio num. 6. de offic. proconsul. vt per Verallum de off. 352. in l. in manu. cap. 1.

Addo, quod cum subcollector sit subdelegatus Apostolicus, & iurisdictionem habeat, debet esse persona qualificata iuxta formam. ca. statum de reservatione. in 6. alias deputatio erit nulla, & reservatio cessabit, vt cum Bellen. 7. 108. in l. 1. tradit Gonzalez d. glof. 51. num. 79.

§. 7. De regula 5.

Reservatio Beneficiorum curialium dum curia transfertur.

S V M M A R I A.

Reservatio regula 5. hic posita continetur in corpore iuris, non tamen continetur in extraneis, ad regimen, & qui sint de ea videndi, numero 386. Quomodo hic accipitur curia Romana, quam aliqui dicunt esse, ubi est Papa, num. 387. alij dicunt ibi etiam esse curiam, ubi est causam, & literarum Apostolicarum audientia, licet ibi non sit Papa, num. 388. & Causa, aut curiam Regiam esse locum, ubi Rex est cum suis consiliariis, & Romana dici locum, ubi sit Papa, si inibi Papa cum curia simul degat, 39. & Hier. Gigas, quod ubi esset Cancellaria, audientia Papa etiam, quod ibi non esset Papa diceretur esse curia Romana, quod ubi esset Papa sine audientia, & Cancellaria, ibi non diceretur esse curia Romana, numero 390.

Resoluitur in terminis huius regule tunc dici transferri curiam, cum Papa vadit cum Cancellaria, & tribunali, suis, seu cum Cancellaria, & alia tribunalia mutantur numero 391. & quando Papa tantum alio vadit, non dicitur transferri curiam, sed Papam ire, & c. 392. & simile est de curia regia, numero 393.

Ad effectum reservationis, de qua in cap. presenti videbatur curiam Romanam tantum intelligi pro loco, ubi est audientia causarum, & literarum Apostolicarum, & non ubi est Papa, sed contra auctoritate Paulus

III. 394. & 396. Ad effectum reservationis, cap. 7. de Pr. ben. in 6. de Beneficiis vacantiis in curia, seu apud eam, quod ibi dicitur est, comprehenditur, tam Beneficia vacantia ubi est Cancellaria, & audientia Papa, licet ibi non sit Papa, quam vacantia in locis ubi est Papa, num. 395. & ita. & laurus Paulus III. 395.

Item reservantur omnia, & singula Beneficia Ecclesie quorumcumque curialium, quos dum curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contingit in quouis loco quancumque etiam a dicta curia reuocato.

Hec reservatio, si vt benedicit Rebus hic continetur in corpore iuris, scilicet in cap. presenti. 9. porro de Præben. in 6. quomodo Glossator hic dicit, quod ista regula venit ad extensionem de presentibus, & quod etiam continetur in extraneis ad regimen, quod non est verum. Et videtur fuisse de hac reservatione Glossator Rebus, & Mandos. hic, & D. in cap. presenti, & Gonzalez glof. 51. num. 83.

Sed diuinitas est quomodo hic accipitur curia Romana, nam aliqui dicunt ibi esse curiam ubi est Papa, Innoc. in cap. ego N. de iurando, & ibi Abbas num. 6. Felin. 9. glof. in extranea. execrabilis de Præben. verb. Romana in extranea. 10. XXII Roma. sig. 145. Francus in cap. ubi periculum, n. 5. de electione & c. 2. de primis sub. n. 2. ad fin. & in cap. 2. de Præben. in 6. n. 2. & ibi Domin. penn. notab. ubi loquuntur in terminis reservationis, de qua ibi Decius in cap. minutus de appellat. n. 4. & Cosmas in pragmat. sanction. titulo de electione cap. licet. 9. censur. verb. curia Romana Tiraq. de nobil. cap. 31. nu. 4. Sarnen. in regul. de triennali quest. 31. vers. sed antequam, ubi docet, quod curia ad effectum reservationis d. cap. 2. & c. de presentibus intelligi debet, ubi residet Papa, & Rebus in concord. in forma mandati Apostolicis verb. exca. Rom. curiam ubi etiam loquitur in proposito reservationis d. cap. 2. & in terminis huius regule Glossat. hic, & Mandos. questio 2. idem Mandos. in glof. si n. teum verb. Roman. a curia, & post hæc Gonzalez. glof. 13. §. 1. numero 2.

Alij vero dicunt ibi etiam esse curiam ubi est causam, & literarum Apostolicarum audientia, licet ibi non sit Papa, Clem. de Roman. & tunc de elect. & ibi Bonifac. num. 18. & Card. ibidem. 5. eo tamen, n. 2. & in Clem. auditor. de rescript. in prime. Sarnen. in regul. de verisimili quest. 7. & Mandos. in glof. facultatum d. verbo in Romana curia, & verb. curia & Nauar. de dat. & c. promissis notab. 17. n. 29. dicens ex d. 5. tunc, quod non semper ubi est Papa ibi est curia, & sequitur Candelabrum autem in explanatione Bulle cenæ Dom. non. 81.

Et Couar. tract. quest. cap. 4. n. 10. ait curiam Regiam esse locum, ubi Rex est cum suis consiliariis, & aliis, qui eius lateri affluunt, vt ei consulant in regimine totius Regni, & quod Innoc. & Panor. in d. cap. ego. N. & Tiraq. supra, & ceteri scripsere afferentes Romanam dici locum, ubi sit Papa in hunc modum accipiendum, si inibi Papa cum curia simul degat, d. 5. sane, & c. Hier. Gigas in add. ad Decium supra d. 390. n. 4. ait quod ubi esset Cancellaria, & audientia Papæ etiam quod ibi non esset Papa, diceretur esse curia Romana, & quod ubi esset Papa sine audientia, & Cancellaria, ibi non diceretur esse curia Romana ex d. 5. sane, vers. eo tamen adiecto. De quo etiam Caualinus in Egidiana constitutione lib. 2. cap. 31. in glo. A. & alij relati per Cenedum collector 2. ad textum, numero 4.

Mili

Mili videtur in terminis huius regule tunc dici transferri curiam, cum Papa vadit cum Cancellaria, & tribunali, suis, seu cum Cancellaria, & alia tribunalia mutantur, sic accipiuntur ista verba, curia transferri, in communem modo loquendi, & concipiendi, & fieri d. 5. sane vers. eo tamen adiecto ubi, de curia transferenda, in c. principio d. ver. licet contradicat Gloss. hic dicens, quod curia dicitur, & capiatur hic pro loco, ubi est Papa, & non ubi est audientia Rotæ, & contradicendum, tamen quando Papa tantum alio vadit, non dicitur transferri curiam, sed Papam ire ad talem locum, sicut quando Clemens. VIII. adiit Ferrariam, & sic Beneficia illorum, qui Papam sequentes ultra duas dietas decederent, non essent reservata, per istam regulam.

Et facit simile de curia Regia, & que non dicitur transferri, licet Rex alio vadat, vel alibi sit, si consilia, & tribunalia Regia non transferuntur, cum autem illa transferuntur, curia transferri dicitur, vt videmus in translatione Regie curie ex Matrito in Vallisoleum.

Similiter etiam ad effectum reservationis, de qua in d. cap. presenti. de Beneficiis venientium ad curiam Romanam, seu recedentium vel decedentium intra duas dietas, videbatur curiam Romanam tantum intelligi pro loco ubi est audientia causarum, & literarum Apostolicarum, & non ubi est Papa. Sed contrarium declarauit Paulus III. constitutione sua 35. de qua infra, cui declarationi standum est ad titulum in causis de re iudica. Ad effectum tamen reservationis d. cap. 2. de Beneficiis vacantibus in curia, seu apud sedem, quod idem est in proposito, vt dixi supra, num. 69. plane comprehenduntur tam Beneficia vacantia, ubi est Cancellaria, & Audientia causarum, & literarum Apostolicarum, licet ibi non sit Papa, quia reuera ibi est curia, neque hoc negari potest ex dictis, quam vacantia in loco, ubi est Papa, licet ibi non sit Cancellaria, & Audientia dicta, nam reuera vacant apud Sedem Apostolicam, quia ubi est Papa, ibi est Sedes Apostolica in d. Extraneis execrabilis verb. Romanæ, & Decius d. num. 4. Toleus in sum. lib. 1. c. 5. glof. ex com. 1. dubio, & Papa, & Sedes Apostolica non distinguuntur, sed idem sunt Barnes 22. quest. l. art. 10. dubio 2. 3. cond. maxime ad fin. & facit quod dicunt Nauar. & Candelabrum supra per c. 5. sane, Sedem Apostolicam esse vtrobiq. & ubi est curia, & ubi est Papa.

Et ita declarauit Paulus III. d. dicta constitutione 36. nempe vnam, & eandem Romanam curiam existere, & censeri in Vrbe, & ubi est Papa, etiam quoad Beneficia, que tam in dicta Vrbe, quam in Ciuitate, quod quam papa se contulisset, vel permansisset, & infra duas dietas a dicta Ciuitate, in qua pro tempore fuisset, vacarent &c.

§. 8. De regula 6.

Reservatio Beneficiorum cubiculario rum, & cursorum.

S V M M A R I A.

De regula sexta hic posita, qui sint videndi numero 397. De quibus cubiculariis intelligatur hac regula num. 398. resoluitur videri hodie intelligendum de cubiculariis

officialibus, præter quos alij non dicuntur cubicularij, nec Camerarij etiam secreti.

Hæc regula non intelligitur de Camerarij secretis, sed illi Camerarij, qui recipiunt partem, & villam tanquam familiares, & c. continui commensales Papa, comprehenduntur regula tertia n. 399.

Item reservantur generaliter idem D. N. Papa dispositioni sua omnia Beneficia cubiculariorum, & cursorum suorum.

De hac reg. videantur Glossator, Soto, Rebus, & Mandos.

Circa quam est dubium, de quibus cubiculariis intelligatur, in quo multum se involuit Mandos. 2. §. 1. & quicquid ipse dicat, videtur hodie intelligenda de cubiculariis officialibus, quorum Collegium erectum est per Leonem X. vt in eius constitutione 14. in Bullario, postquam ex d. constitutione. 5. & de Apostolicis, alij præter illos non dicuntur cubicularij, nec camerarij etiam secreti, vt per Rotam in Seguntina Archidiaconatus, & Canonici supra adducta num. 372. quæ est videnda in proposito, quamuis illa decisio videtur velle, quod hæc reg. intelligatur etiam de Camerariis secretis, & sequatur Gonzalez glof. 51. ad n. 91 qui etiam videtur, velle quod de illis solum intelligatur, quod mihi non placet, sed illi Camerarij, qui recipiunt partem, & victum tanquam familiares, & continui commensales Papæ, comprehenduntur regula tertia tantum.

§. 9. De regula 7.

Reservatio Beneficiorum Ecclesiarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri, ac B. Mariæ maioris de Vrbe, & Beneficiorum titularum Cardinalium a curia absentium.

S V M M A R I A.

De regula septima hic posita, qui sint videndi numero 400.

An regula ista sit superflua, vel necessaria respellu Beneficiorum Ecclesiarum Vrbe n. 401.

De quibus Episcopatus intelligatur reservatio hic facta de Beneficiis spectantibus ad provisionem Cardinalium a Rom. curia absentium ratione suorum Episcopatus a n. 402. resoluitur intelligendum de Episcopatus annexi Cardinalibus.

Cardinales obtinentes alios Episcopatus, qui in eis resident solent habere indultum a Papa, vt omnibus gratiæ, prerogatiuæ, fauoribus &c. concessis Cardinalibus presentibus in curia, gaudeant, numero 406.

Decretum irritum in fine huius regule positum, refertur non solum ad omnia contenta in ista regula, sed etiam ad omnes regulas præcedentes, numero 407. & sic cessat quod ait Simoneta &c. numero 408.

Reservatio sine decreto operatur, & ligat manus Ordinarij ita quod eius collatio non valeat, numero 409.

Reservatio cum decreto officij ante notificationem, n. 412.

reuerfatio sine decreto, n. 430.

Reuerfatio cum decreto inficit non solum titulum, sed etiam possessionem, & omnia, quae sequuntur reuerfatione sine decreto, etiam solum videtur annullare collationem, nec videtur omnino titulum discolore, nec possessionem inficere, n. 431.

De vi effectibus decreti irritantis remissio, n. 432.

An decretum reuerfationis impediatur reuerfationem in spolio, & mantentionem remissio pluribus, citatis, n. 433.

Resolutio Rotae, quod quando resolutio est iustificata, vel in corpore iuris clausa, aut super certo corpore Beneficii, decretum inficit titulum, & possessionem, alias secus, n. 434. & sequens, ubi adducuntur variae resolutiones Rotae.

Communiter videtur quaedam decisio Patris, n. 439. & de illa de illa Canonici, n. 420. & sequens, alia Antoniana Patrethialis non videtur omnino recte procedere, n. 421.

Decretum irritans positum in decreto de dimittendo, non respicit hanc partem, si ille non dimiserit infra duos menses, sed reuerfationem Beneficii in euentum, non dimissionis, n. 423. & sequens, ubi ponitur resolutio Rotae, & alia resolutio, n. 425.

In rigore seclusio iuris Rotae, videbatur exceptionem reuerfationis etiam non inclusa in corpore iuris, nec super certo corpore, Beneficii impedire reuerfationem in spolio etiam si non esset probata, nec probaretur in continenti, n. 426. nam decretum irritans inficit titulum, & possessionem, & omnes iuris effectus illius tollit, n. 427. & afficit omnia, quae sequuntur, n. 428. & est penetrabilis omni gladio anceps, & numero 429.

Ad effectum mantentionis non obest decretum irritans etiam super certo corpore Beneficii, aut in corpore iuris clausum, nisi sit iustificatum, aut in continenti iustificatum, n. 430. & sequens, ubi ponitur resolutio Rotae.

Uet institutio, & admissio praesentati a personis Ecclesiasticis sine examine, si nulla ex decreto Concilii, tamen in illo non est decretum irritans Bulla Pij III. de m. 434.

Ad effectum impediendi mantentionem, tunc dicitur probata reuerfatio, & decretum iustificatum, cum constat de ipsa reuerfatione, & possessor dicit, se prouisum ab Ordinario, nec alium titulum allegat, alias secus, numero 435. & sequens, ubi ponitur resolutio Rotae.

An decretum irritans positum in literis de Beneficio vacante in mense ordinario inficiat possessionem prouisum ab Ordinario, resolutum contra Gonzalez, quod sic, n. 437.

Item reuerfatio dispositioni sua generaliter quacumque Canonici, & Praebendae, ac Dignitates, personatus, & officia in S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum, ac B. Mariae maioris de Vrbe, Ecclesiarum, nec non ad collationem, prouisionem, & praesentationem, seu quancumque aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium a Romana Curia absentium ratione suorum Episcopatum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulum, & diaconatum praesentia quamvis absentia sua dixerint, Canonici, & Praebendae Dignitates, personatus, administrationes, & officia, ceteraque Beneficia Ecclesiarum, curiarum, vel sine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe, quam in Ecclesiis, Civitatibus, & Diocesis distorum Episcopatum consistentia ac decretum irritum, &c.

De hac etiam regula videantur Gloffatores, Soto, Rebus, & Mandosin ea, & in regula ista sit super illius vel necessaria respectu Beneficiorum, & Ecclesiarum Vrbe, cum Papa sit Episcopus Roma, vltra Gloffam videndus est Sarnen, in reg. de reuocati. p. 31. vers. sed antequam, & Mandos, hic p. 1. & nouissime Gonzalez glo. 13. a. n. 21.

Et circa secundam partem huius regulae dubitari potest, de quibus Episcopatus intelligatur reuerfatio, quae hic sit de Beneficiis spectantibus ad prouisionem Cardinalium a Romana curia absentium ratione suorum Episcopatum, an scilicet de Episcopatibus annexis Cardinalibus, qui sunt sex Hostien. Portuen. Subiuen. Alban. Peneltren. & Tusculan. qui sunt prope Vrben, an vero etiam de aliis Episcopatibus, quos Cardinales obtinent, vt Toletan. Hispanen. Mediolanen. &c. Et Rebus, hic videtur sentire intelligi de omnibus, ibi, secus si in Francia Diocesis, &c.

At Gloffator Soto, & Mandos, quilibet, videntur sentire, intelligi tamen de Episcopatibus annexis Cardinalibus, & hoc videtur vero similis, & pro hac intelligentia facit illud verb. Cardinalatus, positum post verbum, Episcopatum, quod in aliquibus reg. in reg. Innocentij VIII. quas ponit Gloff. & Iulij III. quas ponit Mandos, & Pij VI. ponitur sine comma, & sic verbum illud Cardinalatus, ponitur ad restringendum verbum Episcopatum, vt intelligatur de Episcopatibus Cardinalibus; hanc t sententiam maxime confirmat decretum S. Concilij Trident. sess. 23. de refo. c. 1. ibi etiam si S. R. Ecclesiae Cardinales sint, ubi declarat S. Concilium Episcopos, etiam si sunt Cardinales, obligari ad personalem residentiam in suis Ecclesiis, vel Diocesis. Et ita post haec tenet Gonzalez, glo. 14. a. n. 142.

Sed quicquid esset de hoc, Cardinales obtinent alios Episcopatus, seu Archiepiscopatus, Toletan. Hispanen. &c. qui in suis Episcopatibus resident, solent habere indultum a Papa, vt omnibus gratis, praerogatiuis, fauoribus, &c. concessis Cardinalibus praesentibus in curia, gaudeant, ac si praesentes, &c. & vide infra dict. n. 637. & sequens.

Tandem aduerte circa decretum, irritans in fine huius regulae positum, ibi ac decreuit irritum & reuerfatum non solum ad omnia contenta in ista regula, sed etiam ad omnes regulas praecedentes, Cassad. dec. 1. de reuoc. spoliat. in fin. Putes. dec. 108. n. 2. & 19. sub. num. 1. lib. 3. Mandos, hic quilibet, 4. & in prouiso regul. quilibet, 2. & post haec Gonzalez ad reg. de mensib. glo. 1. num. 10. & sequens, qui tamen num. 12. male ait, quod Ecclesia illius regul. capiunt etiam regul. praecedentes.

Et sic cessat quod ait Simoneta, & quilibet, 40. n. 14. quod multa sunt reuerfationes inducunt ex regulis, in quibus nullum est decretum, & an reuerfatio sine decreto operetur, dic, quod sic, & ligat manus Ordinarii, ita quod collatio per eum facta non valebit, Cosmas pragmatice sancit. tit. de elect. cap. licet, §. 1. verb. impediri. Simoneta de reuerfatione, quilibet, 18. & ibi paulus Granatus Mandos reg. 9. quilibet, quarta.

Est tamen differentia, & quod reuerfatio cum decreto afficit ante notificationem, non vero reuerfatio sine decreto. Cassad. dec. 1. n. 3. de reuoc. permutat. Granatus d. quilibet, 18. & quilibet, 40. littera B. Lancellotti de attentatis 2. part. cap. 12. limitatione 3. num. 27.

Et etiam alia differentia, & quod reuerfatio cum decreto

decreto in hunc, non solum titulum, sed etiam possessionem, & omnia, quae sequuntur, vt infra dicitur n. 427. & hoc propter praegnantiam, amplitudinem, & generalitatem verborum decreti, nempe decernimus irritum, & inane quicquid fecus &c. reuerfatio vero sine decreto solum videtur annullare collationem contra factam, nec tamen videtur omnino titulum discolore, & possessionem inficere, & ita videtur sentire Simoneta d. 40. n. & vide infra cap. 5. num. 31.

Et de vi, virtute, potentia, & effectibus decreti irritantis vide Mandos, hic d. 9. 4. Probum ad Monach. in c. ubi, quae de reuoc. in 6. & Ant. Gabr. de clausul. c. c. 10. §. 3.

Et an decretum reuerfationis impediatur restitutionem in spolio, & mantentionem, videndi sunt Aeneas de Falcon. de reuerfatione, quilibet, 4. §. 1. Simoneta quilibet, 40. Sarnen. de annuali, quilibet, 23. Lapus allegat. 23. num. 1. & ibi Mandos, lit. D. n. alleg. 51. num. 9. & ibi Mandos, & latius idem Mandos, reg. 1. C. vel, §. 3. & c. 28. a. n. 13. Ant. Gabr. de reuoc. spoliator. c. c. 10. §. 3. Pontanus de spolio, lib. 3. num. 23. & 68. Menoch. de recuperat. lit. 2. quilibet, 20. & remed. 35. quilibet, 35. Hoieda de incompatib. Beneficij, c. 10. num. 8. Lancel. de attentatis 3. part. cap. 24. §. 9. Mascari. de probatib. c. c. 10. §. 127. num. 11. & c. 10. §. 134. 4. Marches de censibus 2. part. c. 3. de commun. regit. in integrum, a. numer. 47. Ant. Augul. in epitome decis. de impedimento regit. Rota dec. 3. de restitutione spoliat. in nouis, §. 2. n. 1. eodem tit. antiquis, §. 10. de causa poss. Cassad. de reuoc. 2. de restitu. spoliator. & de causa poss. Achill. 8. §. 15. de restitu. spoliator. Putes. 10. lib. 18. lib. 2. & 180. 190. 191. & 197. lib. 3. Caputaquien. dec. 325. part. 1. §. 307. & 145. d. 1. tertio Mohed. decimo quinto de causa poss. & c. 1. tertio p. 1. d. 1. dec. 1. de reuoc. 75. c. 1. lib. 2. de reuoc. 46. & 122. & lib. 3. de reuoc. 61.

In quo quidem & Rota tenet, quod quando reuerfatio est iustificata, vel in corpore iuris clausa, aut super certo corpore Beneficii, decretum inficit titulum, & possessionem, alias secus, & ita communiter obferuntur in Rota teste Gambaro de officio legati lib. quarto num. 130. & fuit resolutum in vna Regien. Canonici coram D. Panphilo decimo primo Nouembris 1595. in qua fuit dictum, & Quod legem non habet facultatem, & ferendi Beneficia extra suam Prouinciam, ad caput primum de officio Legati in textu, si eius praeiudicium non praestitit, ut collatum, nisi consensu eius intra limites suae legationis nec etiam postea conferre Beneficia reuerfata, seu vacantia in mense reuerfata, Gambarus de officio legati lib. tertio numero 116. capite licet, de praebend. in sexto, & consequenter hanc reuerfationem, collatio eius est nulla, & possessio illius vigore capta non est restituenda, & si eadem concurrere de reuoc. irritante, quod inficit, & discolore titulum, vt tenet Rota 23. Iunij. 1593. coram D. Blanchera. Et procedit etiam quod decretum non sit positum in reuerfatione clausa in corpore iuris, vel alias super certo corpore Beneficii, quia dummodo reuerfatio sit notoria, & iustificata, valuit eadem ratio, Patens decisione 190. & cent. sima nonag. clausa septima libro tertio. Simoneta quaestione quadragesima & sui in reuerfatione per se resolutum in Crotonem. Decanatus 20. Maij. 1587. coram D. Oratio, prout est iustificata in casu, de quo agitur, cum non sit Ant. su semper reuerfatus respectu Canonici, Ecclesiae Regien. non obstante alternantia, qua cum sit reuerfata ad Beneficia ad liberam dispositionem Episcopi

tantum perueniens, non capie disto. Canonici, quoniam collatio, vel ad solum Capitulum, vel fuit dictum in alia Regien. vel de iure communis simul ad Episcopum, & Capitulum per tunc iuxta opinionem, quam Rotaferuat, vt supra fuit resolutum. Idem fuit resolutum in vna Nucen. in Beneficij coram D. Seraphino 17. Iunij. 1596. & est decisio Guidoboni 196. de qua infra 11. par. 1. §. 32.

Et in vna Bobien. & Canonici 17. Febr. & 13. Martij. 1595. coram D. Giffio fuit resolutum. Mandatum de mandando dandum esse praeiudicium Apostolice, etiam si cepit possessionem per tunc alio prouiso ab Ordinario existente in possessione, quando Beneficium vacans in mensibus reuerfatus, etiam si sit mensis alternantia, si non corat de acceptatione illius, &c. Crescen. dec. 1. de causa poss. Casar de Grassi dec. 35. febr. 7. de causa poss. num. 9. & fuit etiam resolutum coram Sanctissimo in vna Pamphilonen. Patrethialis vngue primo. Olib. 1575. &c.

Quae reuerfatio intelligitur iustificata reuerfatione iuxta dicta, nempe quando est probata, aut in continenti probatur reuerfatio, tunc enim impedit mantentionem & restitutionem in spolio iuxta decis. Patris 190. & 197. lib. 3. & Seguntinam Beneficiorum supra adductam num. 24. 9. & in causa Auersana Beneficiorum 24. Nouembris. 1557. in qua fuit resolutum, quod in causa, quod constat de Prouinciarum defuncti, reuerfatio ista obstat spoliato in spolio, non tamen esset admitterendus reus ad probandum, aliqui tamen dicebant quod deberet admitti, si vellet probare in continenti, vt in decisionibus Ordinarij manifestis, quae decisio est coram D. Quiroga, & alias in ea dicitur, quod praesuppositum, quod in actis constat Beneficium vacasse per obitum Prouinciarum, licet non de numero participat, sed ex praesupposito, deneganda est reuerfatio in spolio iuxta dec. 1. de restitu. spoli. in antiquis, si nulli opponitur in actis, quod eadem, & obuiari a Prouinciarum Rom. conf. 499. num. 4. Sarnen. de annuali quilibet, 92. Cassad. dec. 1. de restitu. spoliat. Bera. quilibet, 80. docent Mascari. dist. conclus. 1276. numero 12. & sequens, & Anal. Germon. de indultu Cardui. §. volumus a. n. 27. qui ait, quod possessio capta vigore prouisionis factae ab Ordinario in mense reuerfata, est vitiosa, & inrestituibilis, semel in continenti probata vacatione in mense reuerfata dec. Ordini. 250. & 168. in vna Auspurg. & quod si vacat in Aug. spoliato incumbit onus probandi acceptatam esse alternantiam, non ei, qui est in possessione, & Oranus supra, &c. & Marches supra numero 49. & post haec Gonzalez glo. 11. ex numero 7. qui etiam ait reuerfationem impedire integram reuocationem, & purgationem attentatarum, nam possessio attentata non est restituenda spoliato, de cuius non iure apparet per reuerfationem, sed tunc est sequenda d. possessio Simon. dist. quilibet, 40. numero 12. & 13. Lancel. cap. 24. n. 1. §. 9. & omnia praedicta intelligenda esse arbitratur, quando reuerfatio clare, & concludenter probatur, alias secus, nam tunc spoliatus, & attentata passus, debet ante omnia restituere, & in sua possessione descendere, quia paria sunt, non probare, & minus bene, ac obscure probare iuxta dicta infra 6. par. 47. 4. n. 14. & idem Gonzalez glo. vltima, a. n. 29.

Est etiam decisio Rotae in vna Beneuentana Beneficiorum 14. Decem. 1600. coram D. Cocchino, quae sit. Quatinus constat de anteriori possessione prouisorum ab Abbate, nihilominus, cum ille sit ex inferioribus Collatoribus, quibus non conceditur alternantia, &

ideo mensi Aprilis, quo comiti vacavit, sit reseruat, possessionem dactorum promissum, oblatum decretum irritans postum in regula referatur. De illis, quod tunc in hunc, & possessionem iuxta decem, de re. sit. spoliat. in nouis, & eodem tit. in antiquis. Causa. dec. 1. eodem tit. *Mohes*, dec. decima. quinta de causa poss. Rota coram bona memoria Bubala in causa Senen. Canonici 13. Martij 1588. nec refert, quod decretum non sit postum in reservatione in corpore iuris clausa, vel alias super certo corpore Beneficij, quia eadem militat ratio, ubi reservatio est notoria, & respectu. Putei dec. 190 numero 5. lib. 3. Simonia de referuat. quæstion. 40. & fuit resolutum in vna Crotonen. Decanatus 20. Martij 1587. coram bona memoria Bubala, & in alia Regien. Canonici 17. Novemb. 1595. coram D. Pamphilio, unde fuit conclusum Ioann. Iacobo dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione constat, quia licet sit instrumentalis, tamen cum possessioni promissum ab Abbate resista decretum irritans, & per consequens illa possessio sit infesta, & nullius inuentus h. betur pro vacua, dicta possessio instrumentalis est manutentibilis. Causa. dec. 20. de Præben. Putei dec. 360. numero 80. libro 1. Verallu dec. 334. numero 6. lib. 2. Fajful. dub. 41. & fuit pluries alias resolutum, & venit manutentendus in omnibus bonis dactorum Beneficiorum, quia per adoptionem possessionis Capellæ acquiruntur etiam possessio bonorum, Anchor. in regul. Beneficium colum. vltima ante num. duodecimum. vers. & ideo ego dico de regul. iuris in 6. Couar. libro 3. cap. 16. numero 13. quibus accedit, quod Ioannes Iacobi fuit in usus in possessionem ab exco. iure suum literarum, qui iudex ruit, & recte procedendo, etiam quod possessio dactorum promissum esset aliquis consideratio, porius illos sua possessio de priuilegio, Angel. in l. eam possidere. §. qui ad nuditas, numero secundo, ubi Alex. Secun. l. alij ff. de acquirenda poss. Ferrei. consil. 18. numero 10. Mohes. dec. 4. numero 4. & 5. de res. sit. spoliat. & tenui Rota in causa Pimen. & Adrien. Beneficium 4. Iulij 1584. & in causa Hippo. reg. Capellæ 3. Martij 1578. coram Cantuicio & alia sapient.

419 Unde coniuncti videtur decisio 3. Putei 372. lib. 2. ubi fuit resolutum, neutri esse dandum mandatum de manutenendo, nec Nicolao priori possessori, quia propter decretum appositum in regressu Iovi, Domini eius possessio erat attent. & ruit. nec Io. Dom. secundo capienti possessionem, quoniam si ante alio priori possessore, non habebat possessionem, &c.

420 Et etiam decisio Rotæ in causa 1. Illerden. Canonici 7. Maij 1593. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, quod possessio eius, qui reuocavit post duos menses Portionem, quam 13. dinarete tenebatur, est vniusa, & non manutentibilis, siante decreto de dimittendo in possessione Canonici, quod postum super certo corpore Beneficij, ubi iudex iudicauit, sed etiam possessionem. Chisamen. dec. 46. cum aliis super possessio vero illius, qui præcedente dicta possessione accepit eam, cum sit mere instrumentalis, non prodest, nec est manutentibilis, l. peregre. §. quibus. l. quibus. §. conductor. & ibi.

421 Bar. de acquir. poss. l. sape resolutum, &c. Si enim in casu litarum decisionum prior possessio non erat considerabilis, & manutentibilis propter decretum irritans, habetur pro vacua, & secunda erat manutentibilis iuxta dicta.

422 Unde etiam non videtur omnino recte, & consequenter præcedere decisio in vna Anconitana Parochialis 6. Iunij 1561. coram D. Rubeis in qua, vana. te Parochialis in mense Novemb. reseruat vicelatu

Papa de illa promissa Desiderio, qui possessionem accepit, & deinde Papa illam contulit. In. & concepit esse neque ad capiendam possessionem, abique vito spoli. viti de. creto, quod quicunque promissionem. De dicta Parochialis, ad colorandum titulum nemini iuragari possit vigore dict. Brevis fuit etiam capta possessio per Ioannem, sed quia pro parte Desiderij præcedebatur huiusmodi possessionem esse instrumentalem, & non priuilegiatam suam antea, ideo petebatur in iudicio de manu. tenendo per Desiderium, & etiam per Ioannem, & dato dubio fuit conclusum, quod si Desiderius non docet de perceptis fructibus, vel de continuata possessione post possessionem capiam per Ioannem, non est dandum mandatum de manutenendo Desiderio, quia ei obstat decretum, ex quo totaliter inficitur sua possessio, Sarnen. de annali quæstion. 17. & 19. Egid. dec. 342. & 36. & sic iuris possessio instrumentalis Ioannis, ac si possessio Beneficij tunc esset vacans. Unde ei est dandum mandatum, quod si Desiderius persistit in denatatione fructuum, tunc non est dandum mandatum, sed potius restitutio in spolio, ex quo probat primam exco. iure instrumentum sua possessionis quod sufficit, nec obstat possessio anterior Desiderij, quia illa non est considerabilis, cum sit infesta ex decreto, ubi est dictum, Rota decisio, secunda de restitutione spoliati, in antiquis, hæc inquam decisio non videtur omnino recte, & consequenter procedere, si enim Ioannes non se habuit pro spoliato, vt videtur non se habuisse, cum petat manu teneri, parum refert, quod Desiderius continuauerit suam possessionem, quia id est turbatio &c.

Præterea circa decisionem 1. Illerden, aduertendum est, quod decretum irritans postum in decreto de dimittendo, non respicit hanc partem, si ille non dimiserit infra duos menses, sed reservationem Beneficij in euentum non dimissionis ita, vt de eo quod Papa vult vacare, eo ipso per Sedem Apostolicam duntaxat, disponi possit, alias irritum, & vt alias in simili fuit consideratum in vna Taurici praportura dec. 632. lib. 3. par. 3. Anversum. Et in terminis huius decreti in vna Corduæ. Capellanæ in qua 24. Maij & 18. Iunij 1596. coram D. T. meo Corduba fuit resolutum Petri non esse manutentendum in sua possessione Capellanæ, non obstante decreto de dimittendo infra duos menses, & irritum. appositum in sua promissione de altera Capellanæ eiusdem Ecclesiæ, & quod per spatium vnde. Cam amorum, nec literas expediri, nec fecit aliquam diligentiam super secundo, & sic eius negligentia in assensu demonstrabatur, nam fuit responsum, decretum irritans stare consequente ad decretum de dimittendo, quod, an intrin in hoc casu, adhuc iudicatum non est, vt de merito pendente literas, qui possidet, manutentendus est, & cum dictum decretum veniat accessorie ad decretum de dimittendo, non potest habere locum, licet sit super certo corpore Beneficij ad decisionem Illerden. Can. coram Pamphilio, nisi prius confiteretur factum fuisse locum decreto de dimittendo, & fieri potuit, vt Petrus non fuerit profectus suam imperationem, nec literas expedire, quia animaduertit se non fore bonum ius &c. præterea fuit responsum dict. die, decem illerden. Iam dictum decretum irritans concernere solum reservationem eius huius Capellanæ in euentum non dimissionis ita, vt alius quam Sedes Apostolica, de ea disponere non possit, irritum, & cor in simili dicitur de decreto postum in Extraneis exco. bilis. §. Porro de Præben. ubi adeo simile decretum, Putei decisio 99. libro primo, numero decimo. tertius, & sic non operari contra non dimittentem, sed contra promissum ab alio, quam a Papa in euentum non dimis.

dimissionis, vt sit dictum de istis verbis in causa Romana Canonici Sancti Nicolai decem, septima Decembris 1574. coram Sanctissimo, Rota dicta decisio 632. libro tertio parte tertia, &c.

415 In qua etiam causa 1. 28. Octobr. 1596. & 24. Ianuarij 1597. coram eodem D. meo Corduba fuit resolutum, regulum de triennali spoliati Petre, nec obstat, quod regula exceptis casibus vacantis in curia, & reservationem ca. secundo de Præben. in sexto, quamvis etiam Beneficia iuxta decretum vacantia in curia vacent ubi est promissa facienda, quia Beneficia, quorum dispositio ad Papam spectat, dicuntur vacare in curia, non tamen apud Sedem, quia casus exceptus in dicta regula, secundo stante triennali, non fuisse factum locum decreto, & consequenter de nulla constabat vacatione, &c. & contra decisionem Illerden. tenet Gonzal. gloss. vlt. num. 68. cum Putei, & dec. Rom.

416 Imo in rigore seculo 1. filio Rotæ, videbatur exceptionem reservationis etiam non clausa in corpore iuris, nec super eo. corpore Beneficij impedire restitutionem in spolio, etiam si non esset probata, nec probaretur in contingenti, dummodo infra tempus competens & terminum convenientem id fieret, quia hæc exceptio directo respicit possessionem, & per eam negatur in effectu saltem spoliatum, & titulus coloratus. Abb. in cap. litem de restitutione spoliati. num. 27. & recte Nauar. in ca. accepta, eodem tit. oppo. 10. solutione nu. 40. maxime quando oppositum est de reservatione, antequam sit probatum spoliatum, & antequam causa fuerit spolio sit instructa, Mandos. d. 9. 3. n. 5.

417 Nam decretum irritans inficit, & annullat titulum, & possessionem, & omnes iuris effectus illius tollit, Causa super reg. dec. 7. n. 3. Simoneta d. 4. 40. n. 1. & 2. Sarn. de triennali 9. 49. Reb. in praxi lit. de resignatione n. 40. Crescen. dec. 4. de priuilegio. Lancellet. de attentatis 3. par. c. 3. n. 92. & Rota decisio. 189. n. 4. par. 2. diuersorum.

418 Et afficit omnia, que sequuntur, ita vt nec effectum, nec iuris fomentum habeant, capite i. eo tempore de elect. in 6. & ibi notat Causa. dec. 1. num. 7. de res. sit. spoliato. Sarnen. ibi & de annali 9. 23. & de gratis expellat. n. 19. Alex. Strati. in Extraneis, au. bino, de rebus Ecclesiæ n. 67. Rota dec. 24. n. 5. & dec. 159. n. 2. p. 2. diuersorum.

419 Et vt dicit Guil. de Monte Laud. in elem. si Romanus, de Præben. super verbis, cum extra relat. ad Sarn. d. 9. 23. & Nau. de spolio. 14. n. 12. decretum irritans est penetrabilis omni gladio anticipi, omnia interiora & occultissima afficiens, & astringens, nam est tam malignantis nature, quod quicquid inuenit, destruit, & in oppositum ducit, quod etiam ait Alex. Straticus d. n. 67. & tradit prædicta Gonzal. gloss. vlt. n. 1. & sic tollit remedia possessoria Gul. Bene. in reuer. r. Romanus, verb. si abique lib. 2. de fiduciis, cons. substitutio n. 38. & quæstione de Episcopatu, n. 31.

Ad effectum vero manutentionis, non obest decretum irritans etiam super certo corpore Beneficij, aut in corpore iuris clausum, nisi sit infestum, aut incontinenti inficitur, interim enim non est quia priuilegius & amouendus 2. sua possessione.

420 Et sic in vna Cosentina 2. Capellæ 16. Oct. 1601. fuit resolutum, quod decretum irritans postum in gratia aduersarij, non impedit manutentionem, quia ad i. fructus effectum requiritur, quod gratia sit iustitia, si comm. est infestum, decretum quod est accessorium, non operatur aliquem effectum, & ideo quia potest ef-

se, quod gratia non infestetur, possessor interim non est priuilegius sua possessione, vt sit resolutum in Valentia iuris patronatus irigema Aprilis 1582. coram D. Seraphino, &c.

Et alias 1. in vna Oriolen. decem, 19. Junij 1591. coram D. Giffio voluerunt Domini, Capitulum, & lina consortes esse manutentendos in qua possessione exigendi decem, &c. non obstante priuilegio exemptionis Extraneis, de Demerici, a solutione decimarum, quia respicit petitorum, & est dubium, an intrin in casu isto stantibus resolutionibus iam factis, præterea non potest impedire dictum mandatum. Cor. var. l. c. 16. n. 10. & fuit resolutum coram eod. in alia Carthaginen. decimarum, nec obstat decretum irritans, & clausulam sublatam, quia sunt accessoria, & solum operantur quando priuilegium iuratur. Gemin. in c. præfenti in princ. vers. nota quod eo ipso, & ibi Fra. 4. 3. notib. de officio Legati in 6. Fabri de clausula conclusionis 3. in octogesimo secundo &c.

421 Et in vna Calaguritana 1. Beneficij de Navarrete 7. Feb. 1586. coram D. Blanchero fuit resolutum, quod mandatum de manutenendo decretum in fauorem Domini non erat reuocandum, quia ei probata eius possessio, & qua obuectantur respicitur petitorum, nisi pro parte Beneficij non probetur, quod non fuerit examinatus ab Ordinario, tunc enim propter decretum irritans Concilio Tridentini, possessio non esset manutentenda, quod dicit per Beneficiarios verificatur, non est amittendus a possessione, &c.

422 Circa quam tamen resolutionem 1. aduertendum est, quod licet institutio, & admissio præfentati, fuit electa personis Ecclesie sine examine, sit nulla ex decreto d. Concilij sessione septima de reformatione cap. decimo termin. ex quo cum examen præcedere debeat, datur consequenter ordo, qui inducit ioriam, vt in alia Calaguritana Beneficij de Archua infra adducta 9. parte 1. 3. n. 11. ubi dicitur, tamen in illo decreto, non est decretum irritans quod inficit titulum, & possessionem iuxta prædicta n. 411. nisi dicas, quod cum ex tenor & d. r. inducitur nullitas propter formam datam, intrat decretum irritans Bullæ Pij. super confirmatione Concilij iuxta dec. Rotæ in causa Romana vineæ 5. Maij 1589. coram D. Orano, de qua d. capite tertio 9. parte n. 12. ubi vide, & ita potest d. resolutioni saluari.

423 Tandem aduertendum est, quod ad effectum impedimenti manutentionem, tunc dicitur probata reservatione, & decretum infestum, cum constet de ipsa reservatione, & possessor dicit se promissum ab Ordinario, nec alio titulum allegat, alias secus, quia in Beneficialibus datur multiplicatio titulorum, vt in vna Regien. Beneficij 16. Feb. 1596. coram D. Lira, 1. in qua fuit resolutum. Dandum esse mandatum de manutenendo promissum ab Ordinario existentem in possessione Beneficij, vt constat ex informatione adeptæ possessionis, non obstante reservatione, & decreto irritans, & ea regulis, quia non constat de reservatione, & ea probata, non reuocatur, nisi in Beneficialibus deior multiplicatio titulorum, possibile sit ultra possessionem Ordinario habere aliam Papam, quam ad effectum, de quo agitur, deo ita excludere nec infestatur, Rota diuersorum dec. 595. n. 8. parte 1. & fuit alias resolutum in vna firmiana Beneficij 10. Martij 1593. coram D. Blanchero, nec obstat possessio em aduersarij, quia est nulla, & attentata, vt capta, non reprobatio monitorio, nec seruata forma Brevis. Lancellet. de attentatis, c. quarto nu. 49. vlt. quod omne instrumentalis, & capta alio existente in possessione, non est considerabilis, &c.

Adde etiam posthac singulariter t. González d. 4. §. ult. una quadragesima quibus quod decretum irritans a postum in literis provisionis facte per Papam iure presentationis de Beneficio vacante in mense ordinario, non inficit possessionem prout postea non iam ab Ordinario, Castida. de 2. n. 7. de re iur. ubi. Puteus. de 37. lib. 2. & quod fuit decum in vna Romana Canonica 7. Decembr. 1584. coram Sanctissimo Clemente VIII. & nouissime in Hispania. Beneficio de Villanueva de mense Ian. 1604. coram D. Lusto Ac quod Puteus d. de 27. dicit Castidam laborasse i. quatenus ratione, quare decretum irritans minus inficit possessionem in vacante, quia in vacatu, cum patens sit ratio, quia, si inficeret in iam vacanti, omnes secundae gratiae de vacante facte per Papam essent ualide. Et ipse González etiam aliam rationem assignat, quia gratia de Beneficio vacanti in mense ordinario est magis nociua, & praedictalis Ordinatio collatori, ac prout ab illo est his, qui scripserunt in 5. quia pro merito in principali, & hoc tetigit in glossa quinquagesima secunda numero sexagesimo primo. Quod quidem mihi non placet ex supra adductis, nec ratio Putei videtur bona. Tum quis faciat semel per Papam provisione valida de Beneficio vacante, non est inconueniens, quod secundae provisiones per eum facte de tali Beneficio sint nullae cum Beneficio iam sit proutum, & primus habeat ius in illo, vel ad illud. Tum etiam quia decretum irritans possum in concessione, & gratia speciali, non ligat ipsum Papam, nisi dicatur etiam per nos, ut diximus supra d. n. 25. & tradit ipse González d. de 2. ult. q. 2. n. 22. nec etiam ratio ipsius González est bona, nam supposito, quod Papa praueat Ordinarium, voluit illi praedicare, & prout post modum ab eo, & sic nihil mirum, si decretum irritans possum in provisione Papae illum afficiat, & illius possessionem inficit. Et in d. de 2. ult. Hispania. illud videtur obiter dictum, & incidenter consideratum, non principaliter dictum, ut apparet ex ipso González d. de 2. ult. n. 56. ubi meminit etiam de dicta decisione.

§. 10.

De regula mensium, & primo de illis, in quibus differt a regulis antiquis, &c.

SUMMARIA.

Sper regula mensium hic posita nullus scribit, nam non solent poni inter alias regulas, nisi posthac González, n. 438. Cum hac regula non solent dari cum aliis, fuit aliter in Rota resolutum, quod iure non obstat interim prout ab Ordinario n. 439. Cum Sixtus V. fecisset separatim regulam mensium publicatam quarta Maii reservantem Beneficia ad publicationem vacaturae, d. ibi. utum est, an Canonici Gienens. qui vacant dicta quarta Maii, comprehenduntur in reservatione? Sixtus declarat comprehendendos n. 440. & consilium Nan. & tenet Rota n. 441. & carpitur González male carpens Nauarrum, numero 442. Contingente ead. die vacatione Beneficii in mense reservationis, & provisione Ordinarii, nec non reservatione nostra regula cum aliis regulis facta, cessat reservationis praecedere, etiam si proutum ab Ordinario anteriorem

possessionem habere, quia tota dies comprehenditur in regula, & c. n. 443.

Distinctio, & propositio regula mensium, & alternatiua remissio, & ordo seruatus in eius expositione vultur.

444.

Regula haec in aliquibus differt ab antiqua, numero 445.

A tempore Sixti fit regu ad conditoris beneficium, & si durat toto tempore sui Pontificatus, nisi ab eo renouetur, cum antea soleret fieri, & quae ad quinquaginta, & illa finito renouetur, n. 446. & in iure si. & non regula necessaria, erat noua acceptatio alternatiue, n. 447. & reprobat sententia González, numero 448.

A tempore Sixti V. addita sunt illa verba, ac consuetudines etiam immemorales optandi, & c. n. 449. n. quia videtur superflua addita, nam in Beneficio reservationis non erat optio, numero 450. quoniam per mandatum de provisione, & reservationem de Beneficio vacante pro aliquo non tollitur optio, quia tamen tollitur per clausulas generales in eis contentas, numero 451.

Non est superflua derogatio addita, nam stante consuetudine saltem immemorabili, ad indultu Apostolico optandi, reservata possunt optari, ut in dec. Bononiensis, numero 452. & seq. quoniam verius videatur non posse dari de iurisdictione stante interruptione per singulos Pontifices renouantes regulam, sed ad tollendam omnem difficultatem, & dubitandi occasionem, addita sunt illa verba.

Per reservationem spirituales Beneficii etiam manu proprio factam post vacationem ipsius, seu provisionem a Papa de eo factam, non videtur sublatum ius optandi, & ius ad rem acquisitum, nisi illi derogetur, unde derogatio regulae de iure quassio, & cetera numero 455.

An impediat optio in Ecclesiis, ubi non optantur Praebendae, sed provisionia annexa n. 456. cum seq. resolutum non impediri, sed posse optari, licet secus sit in cameris, domo seu praedio, vel loco, annexis perpetuo, & inseparabiliter Praebendae, & in fructibus, grossis, qui dantur pro Praebenda.

Pensio impedit super fructibus Canoniciatus Cordubensis non praesumitur illi annexi, mortui possidere, ita solui debet a successore in Canonatu, & nihil a successore in praesentibus n. 459.

In alternatiua addita sunt illa verba, vere ac personalliter, nam in aliis aliter dicebatur n. 460.

Secunda alternatiua P. V. non erat restricta ad residentes, d. n. 461, sed ad residentes iuxta formam Concilii, & sic in tribus mensibus absentia permissa a Concilio illi gaudere n. 462. ubi ponitur decisio Rota, & cum seq. ponitur alia contraria. Et alius aliqui de Rota velint haberi Episcopum absentem etiam ultra terminare ex illa causa, & permissu Papae debere gaudere dicta alternatiua n. 463. ubi ponitur decisio Rota.

Ex verbis d. secunda alternatiua P. V. videtur, quod Episcopus, qui uno anno absit ultra tres menses, licet postea, resideret, non debeat pro illo anno ea gaudere, n. 464.

Ex illis verbis, vere, ac personalliter, ut Episcopus gaudet alternatiua, requiritur veritas, & realis residentia, & non per fictionem contra Germanum, qui etiam fallitur, dum existimat, Episcopos Cardines egerere alternatiua, & tamen resideri Roma n. 466. & seq. ubi declarat S. Cong. circa hoc.

Ex illis etiam verbis clarum est non gaudere alternatiua E-

na Episcopi, qui ab aliquo instant causam exiit ad d. n. 467. ambo beneuer venerandi, vel qui nondum ducesse ingressi est, sed pararet ingredi, & inferre ad causam de quodam Beneficio Segobien. numero 468.

Reprobatur sententia González, tenentis, quod si Episcopus non potest ingredi causam ducesse, nec in ea resideret propter proteritiam impiorum, gaudet alternatiua, n. 469.

Addita etiam sententia verba, ad liberam ipsorum d. n. 470. & c. si, licet antea alternatiua concessa Episcopis comprehendere Beneficia simultanea collationis cum Capitulo, quod posset ea vi, etiam si menses essent diuisi, tamen hodie id non procedi, n. 471. & seq. ubi adducuntur resolutiones Rota. Et reprobatur duo dicta González, circa hoc, numero 473. & sequenti.

Illa dicitur libera collatio, ad effectum alternatiue, quae potest fieri a solo Episcopo absque alterius dispositione, presentatione, vel electione, consilio, consensu, seu interuentu, aut alius n. 475.

Dicitur libera collatio, ad effectum alternatiue, quando collator tenetur conferre certo generi personarum, & c. n. 476.

Quando Episcopus esset in quasi possessione conferendi sine interuentu Capituli, antea acceptio alternatiua in Canonibus, & Praebendis, n. 477. ubi ponitur resolutio Rota. Ad quod eo si referendus est ultimus status Beneficii, videlicet, an Episcopus fuerit in quasi possessione libere conferendi, vel in contraria possessione, n. 478. & sufficit semper probatio iuris quasi possessionis, n. 479.

Si duo Beneficia, quorum vnum spectat ad provisionem Episcopi, alterum ad provisionem alterius, sunt inueniuntur, non habet locum alternatiua, quoniam si secus, si spectaret ad provisionem duorum Episcoporum, n. 480.

Episcopus non potest se innuere alternatiua in Beneficiis ad alterum collationem spectantibus, n. 481.

Addita sunt etiam illa verba, seu etiam aliorum dispositionum, & c. n. 482.

Circa modum acceptandi alternatiua sunt varietas in regulis, & tempore Sixti V. ordinatur fieri ut sit, n. 483.

Aceptatio alternatiua est voluntaria, & nemo inuitus illam acceptare tenetur, n. 484. sed et vero acceptatio non potest Episcopus punire, & ab acceptatione recedere, nisi Papa acceptauerit renuntiationem, n. 485.

Aceptatio alternatiua cessat per translationem acceptantis ad alium Episcopatum, in quo si tunc ea videretur, de non acceptatione n. 486. & acceptatio alternatiua nihil aliud est, quam mentis & voluntatis declaratio, & sic facta ab excommunicato tenet, n. 487.

Aceptatio alternatiua debet fieri per litteras patentes, id est apertas, n. 488. subsignatas, id est subscriptas manu propria ipsius Episcopi, n. 489. & suo sigillo munitas, n. 490. & non est necessaria adhibere testimonium, nec interuentus notarii seu secretarii, n. 491. debent tamen fieri in propria Curia, vel Diocesi, non extra, n. 492. & ad datarium transmitti, n. 493. & ab eo recognosci d. 494. nec hodie est necessaria expeditio litterarum alternatiua, ut olim n. 495.

Si datarius organum Papae admitteret acceptationem alternatiua factam non seruata omnino forma, & valore, n. 496.

Hec de acceptatione alternatiua inditum est aduentum.

fraudes circa usum ipsius n. 497.

Formula litterarum acceptationis, & fidei, quae datur per datarium, a quibus ponitur, n. 498.

Per fidem datarii probanda est acceptatio alternatiue, aut per litteram datarii, & non per asserunt in si facti, sed debet probari a fundante se in alternatiua, & si liber dataria inueniunt non possit, quomodo probetur, numero 499.

Remissio probatur acceptatio alternatiua per fidem alicuius notarii, quod est in libro datarii, sicut alius fuit resolutum de familiaritate n. 500.

Qui dicit Episcopum gaudere alternatiua, satis fundat intentionem in acceptatione, & praesumptione iuris, quod Episcopus resideret, & contrarium dicens id probet secundum Rotam n. 501. sed contrarium tenetur cum González, & Rota, aliam, nempe quod fundans se in alternatiua tenetur probare, non solum acceptationem, sed etiam residentiam Episcopi, quod non praesumitur n. 502. quoniam si sit aliquis praesumptio, quod quis resideret in loco, ubi resideret tenetur, quae cum aliquibus aduentibus seu alia praesumptione sufficiens ad probat, & c. n. 503.

Impetrans Beneficiam, uti reseruatam ob non residentiam Episcopi, debet cum plenius concludere probare n. 504.

Prouisus apostolicus de Beneficio vacante in mense Martii vel Septembris, tanquam reseruat ex eo quod Episcopus gaudet alternatiua, non solum tenetur probare acceptationem illius, sed etiam quod Beneficiu sit libera collationis secundum González, quod tamen solum videtur procedere in Beneficiis, quae de iure non sunt liberae collationis n. 505. ubi an ea probatio debeat esse concludens?

Prouisus apostolicus in aliquo ex mensibus Martii, & Septembris, qui cessante alternatiua sunt Ordinarii, non tenetur probare, quod Episcopus resideret in mensibus Febri. & Aug. resideret, vel saltem in ipso mense Martii, aut Septembris, licet non ex ratione, González, numero 506.

Aternatiua non definit gaudere Episcopus non resideret in mensibus Iunij. Dec. qui semper sunt Ordinarii, & consequenter prout ad Episcopum de Beneficio in eis vacantibus non tenetur probare residentiam, sicut in aliis quatuor mensibus, contra González, n. 507.

Reservatio mensium Apostolicorum, & alternatiua pro Episcopis residentibus.

Item Cupiens idem D. N. Papa pauperibus Clericis, & aliis bene meritis personis providere omnia Beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura secularia, & quorumvis Ordinum regularia qualitercumque qualificata, & vbiusque existentia in singulis Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembri, Mensibus, usque ad sua voluntatis beneficium extra Romanam curiam, alias quam per resignationem quocumque modo vacaturae ad collationem, provisionem presentationem, electionem, & quoniam aliam dispositionem, quorumcumque collatorum & collatorum secularium, & quorumvis Ordinum regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum sub concordati inter Sedem Apostolicam) quocumque alios initio & per eos, qui illa acceptare, & observare debuerint acceptatis, & observatis quae cedere non intendit comprehenditur) quomodolibet peruenientia dispositioni sua generaliter reservauit, volens in supplicationibus seu concessionibus gratiarum quae de dictis Beneficiis tunc con-

tribuit, etiam si non proprio sicut, de mense in quo vacaverit dispositum mentionem fieri, alioquin gratia nulli esse, ac consuetudine etiam immutabilis optandi manet, & priores Præbendas, nec non privilegia, & indulta Apostolica circa eas, ac etiam disponendi de huiusmodi Beneficiis, aut, quod illa sub huiusmodi reservationibus nunquam comprehendantur etiam cum quibus derogaturum derogaturis, & fortioribus efficacioribus, & insolitis clausis, nec non irritantibus, & aliis decretis quibusvis personis, & Collegiis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existens, quomodolibet concessa adversus reservationem huiusmodi minime suffragari. Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intentis, ipsi quando apud Ecclesias, aut dioceses suas vere, ac personaliter refererunt, dumtaxat de omnibus, & quibusvis Beneficiis, cum curis, & sine cura secularibus, & regularibus ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu presentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interveniunt Capitulorum, vel aliorum, aut alias pertinentibus, quæ antea in mensibus Febr. April. Ian. Aug. Octobr. & Decembr. extra curiam ipsam vacare contingerit (dummodo alias dispositiones Apostolica reservata, vel affecta, non fuerint) libere disponendi facultatem concessit, etiam voluit, ut, si ipsi in collatione, aut alia dispositione Beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet Ian. Martij, Maij, Iulij, Septembr. & Nov. vacaturorum (quæ etiam dispositiones suas, ut præsertim referant, seu etiam aliorum dispositiones suas, & dictæ sedis alias quomodolibet reservatorum, vel affectuorum, se intransierint, aut quominus promissiones, & gratia Sanctitatis sua de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, & si, & Beneficium prædictæ facultatis, eo ipso prius existant, ac collationes, & alie dispositiones de Beneficiis illius præteritis deinceps facienda nullus essent roboris, vel momenti. Illi vero, qui gratiam alternativam prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes litteras manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque civitate, vel Diocesi datas declarare, & litteras ipsas hinc ad datarium Sanctitatis sue transmittere, remittant, quibus ab eo recipiatis, & recognitis, tunc demum, si non antea vis incipiunt gratia prædicta, de cernens sic in prædictis omnibus per quoscunque &c. indicari debere ac irritum, &c.

437 Vper hac regula nullus commentator scribit, nam non solebat edi, & poni inter alias regulas Cancellariæ, sed separatim, & quamvis Paulus Granotus ad Simonetam de reservat. quæst. 45. littera B. dixerit, huius constitutionis commentarium prope dictum edendum, non sine ingenti labore iam parare, nunquam edidit huiusmodi commentarium. A longe posthæc scripta prodit glossa, seu commentario ad hanc regulam Hier. González Hispani, Romæ aduocati. Cuius liber Romæ editus anno 1604. ad manus meas non venit, nisi intrato anno 1607.

438 Vnde, cum hæc regula non solet edi cum aliis regulis Cancellariæ, in Auximana Castri Baldi de anno 1551. coram D. Rosanen. fuit dictum, quod si regula reservatoria octo mensium non fuit edita cum aliis, quæ ligant in crastinum assumptionis Patris, non obstat interim provisio ab Ordinario, ut per Cotam dec. 58. in suis miscellaneis manus scriptis, facit dec. Mochedani decimartia, de primis ad si. libri alias tertia.

Vnde etiam, tunc Sixtus V. post regulas Cancellariæ separatim fecisset regulam mensium, quæ fuit publicata die quarto Maij 1585. in qua reservatur Beneficia à die publicationis vacatura in mensibus Maij, &c. ut in Bullario post regulas Cancellariæ Sixti constitutione 18 dubitatum fuit in via Gienem, Canonice, quæ vacat d. die quarto Maij, an comprehendatur in d. reservatione? in quo idem Sixtus V. per alia regulam editam die 27. Iulij eiusdem anni declaravit, Beneficia, quæ in ipsa die 4. Maij vacarunt comprehensa esse sub dicta reservatione, & mentis & intentionis sue ita fuisse &c. ut in d. Bullario vbi supra.

Et ita in d. causa Gienem, tunc consultit Nau. conf. 31. de Præb. vbi id fundat, quem sequitur Zerola in praxi Episcopali 2. par. verb. alternativam, §. 5. tenuit Rota 4. & 11. Maij 1587. coram D. Robulicrio vbi sic dicitur. Vltimo non obstant quæ dicuntur de publicationis regula reservatoria hic Romæ circa horam 10. circa meridiem, quæ stante declaratoria S. D. N. res non habet difficultatem, & hæc declaratoria videtur satis honesta, quia reservatio de Beneficiis vacaturis à die quarto Maij, capie vacantia in illa ante publicationem, dummodo ante publicationem non sint prout per Ordinarium, Simoneta de reservat. q. 47.

Vnde González, §. 14. proom. n. 59. perperam & inconsiderate carpit Nau. d. conf. 31. de Præb. dicens non considerasse Nauarum ibi, nec animadvertisse, quod regula Cancellariæ Sixti V. & sic regula mensium, die 4. Maij 1585. publicata, fuerant factæ in crastina die assumptionis, videlicet 25. mensis Aprilis præceden. ut ex proomio ipsarum regularum Sixti V. constet in quo aderat Ecclesia, Quas etiam ex tunc suo tempore adducta m. 693. dicitur ex stilo servari, ut alternativam acceptatio censetur continuata, etiam post lapsum quinquennij. Quod mihi non videtur certum.

Ex qua decisione tunc Faentina male etiam inquit González §. 4. proom. n. 17. quod temporibus præteritis, cum solum fiebat regula reservatorum mensium ad certum limitatum tempus, veluti quinquennium, quod etiam servatum fuit vique ad tempus Pij V. & Greg. XIII. tunc de stilo ex taciturnitate Patris, & Episcopi censetur facta prorogatio ad aliud quinquennium ad instar locationis, & cōductiois. Latet quæritur, §. qui implere s. locati, quod quidem non est verum, imo finito quinquennio renouabatur d. reservatio, ut diximus. Et si non renouaretur, ea omnino cessaret finito tempore. Et González male allegat d. dec. Faentinam, quæ non dicit, quod finito quinquennio reservatio censetur prorogata ad aliud quinquennium, sed quod renouata regula alternativam acceptatio censetur continuata. Secundo à tempore Sixti V. tunc addita sunt illa verba, Ac consuetudines etiam immemorales optandi maiores, & priores Præbendas, nec non privilegia, & indulta Apostolica circa ea.

439 Quæ verba videnter superflue tunc addita, nam in Beneficiis reservatis, sue sint generaliter reservata siue specialiter motu proprio, non cadit optio, Dominij, & Fructus c. si. §. in præbendis de consuetud. in 6. Caspar de Perasio de reservat. 2. §. Encas de Falcon. 4. q. effectus 3. Simoneta q. 45. & ibi Granotus littera B. c. §. 54. n. 6. Probis ad Monachum d. ca. §. m. 8. Giga de pensio. q. 65. n. 9. Paril. cons. 10. p. 4. ex n. 5. Flam. Paril. de reservatione Benef. l. 2. §. 20. & Zechus de re-

tradunt D. in d. ca. si Sede & Encas & Simoneta q. 79. per González allegati, est quando simplex reservatio Beneficij, & collatio Ordinarij eodem die concurrunt.

De origine autem, & tunc principio regulæ mensium & alternativæ, vide Barlaam cons. 126. l. secunda, d. n. 10. & in huius regulæ explicatione ego hunc ordinem servavi, & seruo, primo noto eas, in quibus nostra regula differt ab antiquis (nam in multis ab eis differt) explicando obiter quæ sese offerunt, & ex verbis differentibus, resultant, & inferuntur; secundo in alio §. agitur de explicatione regulæ, & notabilibus, quæ ex eius verbis, seu circa ea deducuntur, tertio in alio §. agitur in particulari de alternativæ, & multa dubia examinantur circa eam.

440 Ad primam igitur decedendo, præmittendum est regulam hanc mensium, & alternativam in aliquibus differe ab antiqua, in hac enim sunt aliqua addita, seu mutata, quæ non erant in antiqua.

Et in primis à te oportet tunc Sixti V. fuit huiusmodi reg. & reservatio vsq. ad Papæ eius condit. benedictum dicendo, Vsq. ad sua voluntate benedictum, Et sic durat toto tempore sui Pontificatus, nisi ab eo fuerit revocata, & si prius de rescript. in 6. & ibi glossa & D. Nauar. d. ca. §. 1. de Præb. n. 2. & Zerola supra §. 2. cum tamen antea solebat fieri, vique ad quinquennium, & illo finito renouari, ut in regula Pij V. & Greg. XIII. & ita post finitum quinquennium facta nova regula, necessaria erat nova acceptatio alternativæ, & ut tunc sentent per Rotam coram Sanctissimo Clemente VII. in via Egitanen. Beneficiorum 19. Ian. 1579. infra adducta, n. 463. quæ in sua decisione Faentina Canonice de anno 1585. infra adducta m. 693. dicitur ex stilo servari, ut alternativam acceptatio censetur continuata, etiam post lapsum quinquennij. Quod mihi non videtur certum.

441 Ex qua decisione tunc Faentina male etiam inquit González §. 4. proom. n. 17. quod temporibus præteritis, cum solum fiebat regula reservatorum mensium ad certum limitatum tempus, veluti quinquennium, quod etiam servatum fuit vique ad tempus Pij V. & Greg. XIII. tunc de stilo ex taciturnitate Patris, & Episcopi censetur facta prorogatio ad aliud quinquennium ad instar locationis, & cōductiois. Latet quæritur, §. qui implere s. locati, quod quidem non est verum, imo finito quinquennio renouabatur d. reservatio, ut diximus. Et si non renouaretur, ea omnino cessaret finito tempore. Et González male allegat d. dec. Faentinam, quæ non dicit, quod finito quinquennio reservatio censetur prorogata ad aliud quinquennium, sed quod renouata regula alternativam acceptatio censetur continuata.

442 Secundo à tempore Sixti V. tunc addita sunt illa verba, Ac consuetudines etiam immemorales optandi maiores, & priores Præbendas, nec non privilegia, & indulta Apostolica circa ea.

443 Quæ verba videnter superflue tunc addita, nam in Beneficiis reservatis, sue sint generaliter reservata siue specialiter motu proprio, non cadit optio, Dominij, & Fructus c. si. §. in præbendis de consuetud. in 6. Caspar de Perasio de reservat. 2. §. Encas de Falcon. 4. q. effectus 3. Simoneta q. 45. & ibi Granotus littera B. c. §. 54. n. 6. Probis ad Monachum d. ca. §. m. 8. Giga de pensio. q. 65. n. 9. Paril. cons. 10. p. 4. ex n. 5. Flam. Paril. de reservatione Benef. l. 2. §. 20. & Zechus de re-

hic, Ecclesiastica ca. 14. de Canonici nu. 4. n. 1. & Rota dec. 1. de rerum permutat. in nouis n. 4. & in additione, nu. 7. Calad. dec. 4. de concess. Præb. Put. dec. 4. l. 2. Moched. 27. de Præb. alias 19. vbi quod regula reservatoria 8. mensium obicit optioni, & quod in vacantibus in mensibus prædictis non sit locus optioni, &c. & Rota in Bononien. optionis infra adducta, n. 452. & nouissime posthæc González gloss. 34. nu. 2. nec est necessarium secundum ipsos in reservationibus fieri derogationem, saltem cum clausula generali, (cum qua tamen id clarum videtur, nec esse amplius dispensationi locum, ait Mandosius ad l. apum allegat. 84. littera k) quamvis ille vellet Staphileus de literis gratias ut. de vi, & effectus clausularum §. quomodo derogetur statutis, & consuetudinibus num. 4. & Zerola in praxi. l. p. verb. Canonica §. 7. 7. cont. atque Encas de Falconi, supra effectus 50. quod optans sciens Beneficium reservatum, non solum illud non obtinebit, imo non poterit admissum redire c. si Beneficium de Præb. §. 6. sequitur Granotus d. q. 54. nu. 7. & tradit González gloss. 34. a. n. 84. §. 94. & facit consilium Calderini 6. de consuetudinibus.

444 Quamvis per mandatum tunc de providendo seu expectatuum & reservationem etiam motu proprio de Beneficiis incertis vacaturis pro aliquo non tollitur optio Gemin. conf. 10. 4. quem sequitur Rota ut per Gambarum dec. 9. & Simonetam d. q. 45. nu. 6. quæ tamen tollitur per clausulas generales, non obstantibus, &c. in eis contentas, ut per González d. gloss. 34. n. 3. qui allegat Rotam, dec. 5. de consuetudinibus. Calad. dec. 4. n. 5. de concess. Præb. Crescentium de cessione nona cod. tituli. & Francum Marcum decisione 1269. l. 1.

445 Sed eo non obstante dicendum est, tunc non esse superfluum d. derogationem de noto additam. Nam stante consuetudine scilicet immemorabili aut indulto Apostolico optandi Beneficia, seu Præbendas, reservata possent optari, ut in d. Bononien. optionis nono Ianuarij millesimo quingentesimo septuagesimo nono coram Dominis Rubicis, l. cancellato, quæ sic ait, Audiam à me propositum de ordine Sanctissimus contrarietate difficultates prima est, Beneficia reservata optari possint, quia sunt resolutum, non posse optari, siue sint specialiter reservata in favori certa persone, siue generaliter, ut tradit Ancharan. c. in n. 1. & col. 1. vers. quarto, de consue. in 6. & ibi Gemin. §. in præbendis num. 3. Francus n. 6. Probis ad Monachum n. 18. Colledariis in c. ex tempore nu. 6. de concess. Præb. Card. conf. 16. circa fin. Gemin. conf. 30. col. 1. vers. secundum vbi testatur de communis Rota dec. 2. de consuetud. in nouis, & decisi. l. m. 4. de rerum permutat. in nouis dub. 2. Putei dec. 4. de priuilegiis Moched. 296. Milis verb. consuetud. optandi non habet locum in Beneficiis reservatis, l. p. allegatione 84. n. 1. Franc. Marcus decisi. 1271. l. 1. Staphileus de literis gratias fol. 101. Ferrer. conf. 127. n. 4. Giga de pensio. questione 63. numero nono Simoneta de reservat. c. 65. Encas de Falcon. in eodem tractatu questione quarta principali §. effectus, Calad. decisione quarta numero primo de concessione Præbendæ, vbi de communis Paris. consil. 10. vol. 4. & in reservatione, ob vacat. apud Sedem ad tex. in d. §. in Præbendis, & Encas de Falcon. d. tract. 2. effect. numero secundo Giga, d. questione 63. numero decimo Paris. d. consil. 10. numero 3. Staphileus vbi supra ver. cessat, Rota d. dec. 4. ratio est, quia Papa in Beneficiis habet amplissimam potestatem, ca. secundo de Præbendis in sexto & reservando affect. Benefi-

ca, et infra totum quicquid dicitur in contrarium, & derogat omnibus iuribus & statuti, & admittit omnia potestatem conferendi, sic tollit iura, que dant potestatem optandi, ut post lo. de Lignano tradit Gemm. in d. 5. in Præbendis n. 3. ubi Fran. numero 6. & in reservatione 8. mensium, de quibus in reg. Cancellaria est d. decisi. Molledam 296. Putei d. decisione quarta Rota d. decisione prima de rerum permutatione. Secunda est difficultas, an saltem possit optari stante consuetudine optandi reservata, & in consuetudine legitime præscripta voluit Calder. conf. 3. de consuetudine, quod potest optari, & queritur hac consuetudo, licet sit contraria, & est rationalis, & ideo potest præscribi cum legitimo tempore, sequitur Straphil. d. fol. 101. versiculo an autem valeat, licet de veritate huius consuetudinis & Aeneas de Falcon. d. effectus 5. col. pen. vers. est bene verum, dicens Calderum fuisse audacter locutum. Quo vero ad consuetudinem immemorabilem Domini tenentis illam valere, non ex generalibus regulis, quia immemorabilis consuetudo sufficit, etiam ad acquirentem, specialiter reservata Principi, & super quibusdam, & præterea de verborum significat. Abb. in c. cum nobis col. pen. de præscript. l. 1. conf. 108. col. pen. vers. tamen ea vol. 2. Balbus de præscriptione 2. p. 2. principalis q. 6. Ferreri conf. 141. num. 30. cum aliis, de quibus per Gabr. de præscript. conf. 1. n. 3. vers. amplius habet enim hac immemorabilis consuetudo vim privilegii, & legi, & ex ea potest etiam allegari titulus fundationis, & quilibet alius titulus de Mundo, ut dicunt allegati Dd. Fel. in c. causamque col. 3. & 4. de præscript. Feder. 234. col. 2. vers. hic ad propositum, stante ergo probata ista immemorabilis, non est dubium, quod est legitime præscripta consuetudo, & sic iurabit de consil. Calderini, quod Domini approbavit, sed circa hanc difficultatem aliqui ex Dominis dubitant, si hac immemorabilis possit probari, ex quo singuli Pontifices renouant regulam de mensibus reservationis, per quam interrupta videtur ista immemorabilis, unde quando sunt inchoata, sunt interrupta per dicti reg. nec potest tempus unius Pontificis coniungi cum tempore alterius stante interrupt. Socin. in l. mibi, & Titio, §. in legatis post princip. de legat. 1. & propterea dixit Cald. in d. consil. 3. col. fin. vers. ad illud vero, quod talis consuetudo optandi ad hoc, ut reuocet, non debet esse interrupta per illud de præscript. c. cū de Beneficio, de Præb. in 6. & ad inducendam interruptionem opus est quod interveniat aliquis actus contrarius d. consuetudini, ut ibi per eum, & tradit Anchar. in d. capit. fin. vers. quigro, ubi per Gemm. Francm., & alias de consuetudine in 6. G. 1. d. q. 63. nu. 8. super hac tamen interruptione nihil Domini resolverunt, sed nunc præsupponunt consuetudinem immemorabilem introduitam, & probatam, & erat difficultas, an indultum concessum Card. de conferendo Beneficia vacantia in 8. mensibus reservationis ex dicta regula Cancellaria obstat, quominus reservata possunt optari in vim dict. consuetudinis immemorabilis, que nunc præsupponitur probata, & Domini resolverunt non obstat, & moventur, quia huiusmodi indultum conferendi est observantia Rota non solum per recipi interpretationem, ut amplius facultatem conferendi, quam habent ordinarii in suis Ecclesiis, sed tamen, & ut illis reservat, non obstantibus possint ipsi libere conferre Beneficia ad eorum collat. spectantia, perinde ac si dict. reservationes non emanaverint, ut colligitur ex tenore indultorum, & est dec. 3. Cassadori de priuilegiis. Putei dec. 4. eodem Simoneta dec. 28. Molledam 179. hinc est, quod intelliguntur huiusmodi indulta de illis Beneficiis in quorum quasi possessione conferendi ipsi

Ordinarii existunt iuxta consil. Cald. 23. de Præbendis dec. 5. eodem titulum antiquior. 49. de rescript. in antiquis, Molledam d. dec. 179. Putei d. dec. 4. de priuilegiis, de quemadmodum Ordinarii impedire non possunt optionem suam indultam non possunt cum indulto, Per dec. 4. de priuilegiis in fin. quare, & essent reservationes, non possent Cardinales habens indultum conferre Beneficia, quia vigore d. consuetudinis immemorabilis possunt optari, ergo minus potest conferre vigore indulti, quod non augeat facultatem conferendi, sed tantum renouet obstat, & impedimentum reservationum, ut dictum est, ex supradictis inferatur non obstat, allegat in dec. Putei 357. præsupponatur, quia fuit soluta causa Regimen. Canonici, nec reperitur inter alias etas de istis, que circumferantur in qua dec. Rota dixit conferri derogationem immemorabilis consuetudinis optandi reservata per clausulam derogatorias appositam in quadam provisione Papæ, in quibus clausulis derogatur consuetudini, & statuti qualibet auctoritate firmatis, & scilicet necessaria specialis derogatio, cum clausula, quorum tenores, &c. & similes clausule sunt appositæ in indulto, de quo agitur, quia Domini responderunt diversos esse terminos questionis nostre a terminis d. decisionis, illa clausula erant posita in provisione Papæ, non in indulto renouente obstatula. Præterea in illa decisionem præsupponitur adesse reservationem, quæ etiam hic non adest, nam regula reservationis 8. mensium non comprehendit Cardinales, sed illos in specie excepti, ut etiam declarat dec. Molledam, 296. Cresser. dec. 218. non obstat quod d. clausula indulti derogat consuetudini, consuetudinem etiam derogare consuetudini optandi, quia respondetur, quod postquam indultus, ut dictum est, nihil aliud continet, nisi quod renouent obstatula, ita etiam d. clausula non possunt optari, quod per eas sit ampliat, & alterata principalis dispositio ipsius indulti, sed tantum confirmatur, & convalidatur iuxta Clemens de Præb. Decius consil. 2. in 10. Felin. in c. licet, num. 7. vers. limitat. de Offi. Ordin. & in terminis iuris optandi ad d. consilium Cald. de consuet. hinc est, quod dicitur, clausula derogatorias solum operari in his, quæ permittunt gratiam, Felin. in c. nonnulli in princ. colum. 1. vers. nota. de rescript. Rota 13. in add. de Præb. at principalis dispositio indulti ea est, ut Cardinales possint conferre in omnibus mensibus, prout de iure poterat ante reg. 8. mensium, sed de iure non poterat conferre Beneficia, in quorum quasi possessione optandi alius existeret ab immemorabili tempore, quia immemorabilis operatur vim privilegii Apostolici legis & fundationis, ut dictum est, non obstat, quod indultus detur etiam facultas conferendi spectantia ad inferiores, quatenus sunt reservata, quia responderunt, quod intelligitur eo modo, quo possunt conferre inferiores sine essent reservata, sed inferiores non tollerent optionem, ergo nec indultum.

De qua dec. meminit Anast. Germonius & deinde datus Card. 9. etiam ex 264. n. 16. & posthæc González gloss. 33. num. 6. & gloss. 34. a num. 6. dicens, quod stante consuetudine immemorabili optandi in quibusvisque mensibus, cessabat reg. nostra, quæ non auferebat talem consuetudinem, ut in d. Bononiensis optionis, & quod in alia Gadicensi iuris nominandi 11. Feb. 1581. coram Bubbulo, fuit similiter resolutum, quod istius reg. reservatio non auferebat consuetudinem immemorabilem providendi in quibusvisque mensibus, & ideo, inquit ipse González, prædicta verba non sine maxima consideratione, & effecta addita fuisse ad remouendum immemorabiles consuetudines, & Apostolica indulta optandi in omni-

omnibus mensibus, præsertim, quia non solum valebat consuetudo immemorabilis optandi Præbendas reſervatas, sed etiam alia consuetudo ordinaria tenenda, ut consilium Calder. d. conf. 3. de consuet. licet pluribus illius sententia non placeret, ut per Anasl. Germonio 4. etiam ex eo n. 15. quod hodie, inquit, obſervantur ceſſante acta reg. nostra, & alia in vita Verell. in Canonici, & Archiepiscopatibus 27. A. r. 1594. coram D. Penna fuit dictum, Quod consuetudo immemorabilis optandi in mensibus reſervata si iuxta est, Calder. 3. de consuet. hodie non suffragatur, cum per recentiores Cancellaria regule subſtitit, & quilibet consuetudinis optandi, etiam in mensibus reſervatis, & cetera.

444. Quamvis ego verius existimen, non posse dari d. consuetudinem, nec optandi, nec immemorabilem, si interruptio per singulos Pontifices renouatur regulam, ex adductis in d. de Bononiensis in 1. & 2. si iurabit, licet super hac interruptione nihil Domini resolverunt, facit & consilium Nae. 1. de feris, ubi ait, quod contrahitio superiori interruptit consuetudinem argui, notatoria in c. si de consuet. & quod tradit P. Rauennensis d. consil. 4. n. 18. & vide infra n. 557. sed ad tollendam omnem proliam difficultatem, & libitandi occasione, quæ ex d. dec. Bononiensis obſtat per Sixtan. V. & eius successoris, videtur addita fuisse illa verba, ex quibus ita Rota hoc habet per constantem in dubium reuocari non valeat, González d. gloss. 33. 7. & si cunctis d. verbis in not. a reg. additis possit dari consuetudo, saltem immemorabilis optandi reservata, dicendum esset ea stante, etiam hodie optari posse reſervata per alias regulas, cum in illis non sit addita huiusmodi derogatio, nec fuit huiusmodi verba.

451. Per reservationem tamen specialem alicuius Beneficii, etiam Motu proprio factam post vacationem ipsius, seu per praerogationem à Papa de eo factam, non videtur sublatum ius optandi, & ius ad rem acquisitum per consuetudinem optandi, nisi illi derogetur cum derogatione regulæ, de non tollendo iure quæſito, ex traditis per Aeneas de Falcon. 4. gloss. 47. num. 9. Sarnensis d. regul. de non tollendo iure quæſito, q. 1. vers. septimus modus, & per Zerolam 1. p. verba canonici, §. 7. 3. verba l. ubi hoc tenet. Et videtur sequi Zechus de reprobis, Ecclesiasticis, 2. d. de Canonici n. 4. vers. 1. & ex dictis sup. 2. §. 7. p. 1. & c. de c. 7. modo, ubi vide. Vnde etiam videtur requiri derogatio d. regulæ de iure quæſito in casu, de quo per Plaminium Parisium d. libro 2. quæſtione vigesima numero nono.

452. Sed est difficultas, an impediatur optio in Ecclesiis, ubi non optantur Præbende, sed prælimonia annexa pinguiora verbi gratia, in Eccl. fia Corduben in qua quot sunt Canonici, & P. gende, tot sunt prælimonia annexa, & ex statuto & consuetudine illius Ecclesiæ Canonici iuxta suam antiquitatem per optionem successisse ascendunt ad prælimonia pinguiora, & fiscalia inquam est, an decedente aliquo Canonico, in mensis reſervato, prælimonium illi possit optari per Canonici antiquiorem, nam videtur quod non ex Aeneas de Falcon. 4. d. consil. 9. ubi ait, quod reſervatio per vacationem in curia non solum impedit optionem ipsius, sed etiam, & cetera de consuet. 6. vers. etiam impedit, quod non possit optari camera, quæ erat illius, per cuius obitum vacavit Beneficium Cardm. conf. 16. vers. sed alius est casus, pro quo facit quo reſervatio Beneficio regulari, intelligitur reſervatus

locus, qui debetur obtinenti Beneficium reſervatum prædict. Cancellaria fol. 92. vers. reſervatum Beneficio regulari in 9. nota plura notabilia, tam circa Beneficia reſervata, quam non reſervata. Vnde ille qui habuit Præbendam taliter reſervatam, & alias poterat optari, intrat in locum prædictum, quo ad Præbendam, & Cameram, quia est annexa illi Præbende reſervatæ, non tamen intrabit, quod ad stallum in choro, & vocem in Capitulo, sed sedebit in vitulo loco, & ius optandi in tali Ecclesia non competit sibi, nisi postquam erit antiquior in receptione. Hæc Aeneas ibi facit etiam de 4. de consuet. in nouis, quæ ait, quod sicut Canonici, & Præbenda in Curia Romana vacantes per alicuius obitum, optari non possunt vigore consuetudinis sui c. si de consuet. l. 6. ita nec, si fractus per d. Canonici in curia defunctum obitum possunt optari, etiam illi, grossi fructus redirent ad Capitulum, prout Greg. XI. declaravit per suam Bullam, Quam decemionem sequuntur Francus d. c. 6. Præb. n. 3. Millis vers. consuetudo optandi, licet non potest fieri, vigas q. 63. 110. Straphil. fons 1. n. 3. Franc. Marcus dec. 1263. lib. 1. Flaminius Parisius l. 2. §. 10. 7. & noui sine González d. gloss. 34. num. 31.

Nihilominus in prædicta difficultate videtur dicendum, posse opt. finiam in proposito casu prælimonium non est annexum Camera, & Præbende, & quæ principaliter, & ut ius distinctum, sed accessione, & per modum incorporationis, & suppressionis ac tanquam prædium pro Præbenda temporali applicatum tali Canonico, & si reſervatæ, non perpetuo, & separabiliter, sed pro vit. illius Canonici, iuxta dicta per Giganti. q. 63. n. 3. & sic non casit suo reservatione, & ita prædicatur in d. Ecclesiæ Corduben.

Nec obstat d. doctrina Aeneas de Falcon. & prædictæ Cancellariæ sup. quia procedit in camera, domo seu prædio, vel loco annexis perpetuo, & in separabiliter Præbende, seu Beneficio, ut post hæc tradit Gonzal. d. gloss. 14. a n. 31. allegans d. Caputaq. 182. 1. p. 2. quam vide. Nec etiam obstat d. dec. 4. quia procedit in fructibus grossis, qui dantur pro Præbenda.

Ex quo alias Rota in vna Corduben. pensionis 2. Maii 1594. coram Illustrissimo Card. Mantica resoluit, & pensionem impositam, & reſervatum super fructibus, & distributionibus cuiusdam Canonici, & Præbende illi Ecclesiæ Corduben. quos qui li. Ferdinandus possidebat, nec non prælimonium de las Herreras, dicto Canonico annexi in ort. o. d. Ferdin. possessore, & in Canonici & Præbenda succedente D. D. Fernandez de Corduba, in prælimonium vero per optionem D. Ioan. de Spinola totam pensionem solui debere 2. successori in Canon. & nihil à successore in d. prælimonium de las Herreras, iuxta Giganti. sup. non obſtat, quod pensio expresse esset imposita sup. fructibus Canonici, & prælimonii de las Herreras, quia id est causa de pensionibus, & perinde ac si solum imponeretur super fructibus Canonici, & 2. annis antea in eadem causa Rota tenuisset contrarium 30. Aprilis 1591. coram eodem D. Mantica, scilicet pensionem diuidendam esse pro rata fructuum Canonici, & prælimonii inter succedentem Canonici, & successorem prælimonii, & cetera de vltima decissione meminit González d. gloss. trigesima quarta numero 46. male tamen eam referens, & dicens esse coram Illustrissimo Blanchero.

450 Tertio in alternativa ad illa sunt illa verba, *vere ac personaliter*, nam i. regula pij V. super reservatione mensium, & alternativa facta de mense Ian. 1545. ad quinquennium, quae est in Bullario constitut. 164. solum dicebatur ei, quod quatercumque, & quando apud eorum Ecclesias, seu in eorum Diocesi residerent duntaxat, & in secunda edita de anno 1570. anno 6. sui Pontificatus post elapsum quinquennium prime, quae est in d. Bullario constitutione 165. dicitur omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis apud Ecclesias, & Dioceses suas iuxta Concilii Tridentini dispositionem residentibus duntaxat de omnibus, &c.

461 Ex quibus verbis apparet istam secundam alternatiam Pij Quinti non esse restrictam ad residentes duntaxat, sed ad residentes iuxta formam, & dispositionem Concilii Tridentini, quod cum Episcopis permittat abesse per tres menses quolibet anno in c. sess. 23. de reformatione trib. mensibus Episcopis gaudere alternatiua, ac si personaliter residerent, vt fuit resolutum in vna Salamantina fructuum Archidiaconatus de Monleone. 20. Iunii 1586. coram D. Bubalo. Et adhuc videtur alludere decisi. Salamant. Canonatus 30. Maij 1591. coram D. Oradino in si. quae sic ait. Fuit conclusum processum auditoris Camera renouandum, & Antonium resistentem, quia Dominus intellexerunt Breue sensisse de vacatione in mense Sept. vt exinde induceretur reservatio, & etiam videtur intellexisse Papa, vt in commissione ultima, vnde, cum fundamentum hoc cesset, sequitur, quod gesta ab Episcopo Salamantino, & ab A. diuore Camera nullius essent momenti, & cum Antonius doceat de titulo & de vtriusque extremo, consequens est eum fore resistentem, cum autem mensis Sept. in hoc caso non inducat reservationem, omnia gesta pro Philippo sunt nullius momenti. Et hanc sententiam accommodatur filius curia, qui dicit huiusmodi Breuia propter reservationem, qui filius autem debet, Lapis allegat. 89. n. 9. dixerunt tamen Dominus, quod videatur in fallo, an Canonatus vacant trib. mensib. iuxta a Concilii Episcopis.

462 Quamuis in cad. postea Rota tenuerit contrarium 20. Iunii. eiusd. anni 1572. coram eod. D. Oradino (nisi forte in casu huius decisi. Canonici. vacante tempore primae alternatiue pij V. vt in dec. seq. Fuit dubitatum, an Antonius sit resistentus ad suam priusnam possessionem, non obstantem decreto Concilii Tridentini, ad excludendum reintegritatem duplici c. citatur, & primo, ex d. decreto Concilio Tridentino, Episcopum ex eo posse abesse tribus mensibus, quibus durantiis gaudet alternatiua, ex quo vacatio de mense Sept. inducit reservationem, quia stante alternatiua est mensis Sept. Canonatus dicitur reservatus sed in hoc Diemerunt contrarium, quod Concilium non iunxit ipsum, quia aut voluimus accipere cursum trinum mensium a die, quo discessit a ciuitate Salamantina, tunc, cum Beneficium vacet die 4. Sept. dicitur vacasse post cursum trinum mensium, quia Episcopus discessit ab Ecclesia. 2. Iunii, & sic elapsi sunt 93. dies, aut voluimus computare tempus a die, qua recessit a Diocesi, vt in puncto adhuc non terat Concilium, quia Dominus intelligunt, vt possit abesse tribus mensibus, accipiendo mensura pro diebus 30. iuxta notam in c. licet de suppl. negligen. Pralatorum, quae opinio videtur verior, ex quo prius tempus ab initio, & tunc Beneficium vacat post 90. dies, secundo, quia Dominus intelligunt, quod, licet Episcopis detur facultas, vt abfint, tamen interim non gaudent alternatiua, nam regula super alternatiua dat Beneficium vere residentibus, vt deducitur ex pluribus verbis reg. ideo non competit non residentibus, quoad

secundum rationem Breuis fuit resolutum, quod, licet aliquo modo Episcopus sit resistentis se recte processisse propter simplicia verba. Breuis, tamen postquam Rota interpretatur quod intelligatur de mense Sept. reseruatio, apparet de iurisdictione sententia, quae venit reuocanda virtute vbi. commissio, nec obstat clausula sublati, quia Papa in d. commissio aperit, vt vnde cum mensis Sept. quo Canonatus vacauit ex causa alternatiue, nisi Ordin. & non Papa, consequens est, quod Canonatus vacauit in mente non resistentis, ergo Antonius iussu ipsius, & resistentis, vt excludatur propter communem filium extortum, de qua dec. meminit Gon. gl. 43. n. 41. dices, in ea fuisse decisi, quod Episcopus abfinit trib. mensib. sibi permissis recreationis causa animo redeundi non gaudebat alternatiua, &c.

Ex quo etiam in vna T. Egitan. Benef. 19. Ian. 1579. coram S. Clem. VIII. aliqui ex D. inclinabant Episcopo absente, etiam ultra trimestre, ex iusta causa & permisso Pontificis debere gaudere dicta alternatiua, vt in decisione sequenti Dominus dixerunt, quod si Breue est iustificatum, potest procedi ad eius executionem, quia in commissione deputatur auditor in illius executionem, non obstat quod Camera procurator non sit in causa, quia Antonius, ad cuius fauorem emanauit, bene po. est pro suo interesse nomine Camera & petere huiusmodi executionem, & non alias debet fuisse tentum, & obferuatum; nec minus obstat, quod Antonius coepit agere via Ordinaria petendo executionem suarum literarum, quia, quando esset verum, non propter id prauidicaret Camera, cuius nomine via Ordinaria altum non fuit, non etiam potest dici, quod ius Breuis expirauerit per expeditionem literarum, quia quod debet consequi possessio Antonio luens expeditur, in eius iustitiam inductum, & consequenter literarum expeditio non debet in ipsius ordinis reuocari, in autem Breue sit iustificatum, pendet ex hoc, an sit veritas ista reservatio, & non residentia Episcopi talis, quod non gaudeat alternatiua, quoad reservationem est indubitatum, quod Beneficia vacant de mense Aug. 1571. & consequenter in mense Apostolico secundum regulam, octo mensium, quod autem Episcopos non resideret tempore vacationis, Dominus dicebant non constare ex prouisione, etiam Episcopos de huiusmodi Beneficiis Vltione de eodem mense Augusti facta, non enim concludit hoc quod dies, quo vacant Beneficia, Episcopos abesse Diocesi, sed vult in fallo Dominus, quod in alio c. n. 8. ubi de circumscriptionibus ex confessione Petri, & ex dicto saltem duorum testium, quod tunc abeat probant enim testes Episcopum accessisse Vlt. bonam in initio anni. 1571. & per totum illum annum Vltione permansisse, sed secundum Dominum non per hoc concluditur, Episcopum non debere gaudere alternatiua stante approbatione canonum sua absentia facta a legato Apostolico specialiter ad hoc deputato, cum enim abesse ex iusta causa, & permisso Pontificis, aliqui ex Dominis inclinabant, quod deberet gaudere alternatiua, ad id fuit allegata dec. alias facta in casu simili in vna Cremonensi, Parochialis de Perinardis 19. Iunii 1572. coram D. Vesulano, in qua Rota tenet, quod Cardinalis Rauenna gauderet indultu, non obstantem decreto, sed recor. Pauli. Illud Cardinalis resideret in Roma, & alioquin aliqui non gaudent indultu, privilegium quibus Cardinalis gaudent, & gaudere possunt, nisi de expressa licentia Papa apud Ecclesiam Metropolitanam, seu Cathedrali, vbi praesentia, residerent, & subiaceant aliis priuilegiis arbitrar. & hoc, quod praesentia Cardinalis Rauenna de licentia Papa probata per testes Flora residebat; sed quia prima alternatiua,

cuius

cuius acceptatione extra tempus factam Papa approbatur, iam erat expirata, quia fuit concessa Calend. Ian. 1569. ad quinquennium, & de acceptatione alterius concessa de anno. 1577. in actu non constat, Dominus dixerunt quod plane iustitia videtur habere difficultatem, & quod propterea, si hoc in fallo ita se habet, poteram procedere ad executionem, &c.

464 Ex illis etiam verbis t. secunde alternatiue Pij V. videbatur, quod Episcopos, qui vno anno abfuit ultra tres menses, licet postea resideret, non debeat pro illo anno ei gaudere, cum iam pro illo anno defecisset conditio requisita de residentia iuxta dispositionem Concilii.

465 At in alternatiua t. Gregorij XIII. additum est verbum, *personalius*, dicendo ipsi quando apud Ecclesias, aut Dioceses suas personaliter residerent duntaxat, &c. a tempore Sixti V. dicitur, *vere ac personaliter* vt habetur in nostra reg.

466 Ex quibus verbis apparet, t. quod ad hoc, vt Episcopus gaudet alternatiua, requiritur vera, & realis residentia, & non sufficiat residentia per fictionem, vt si esset abfinit causa Ecclesiae, vel reipublicae, vel alia legitima causa, vt in Concilio vniuersali, vel provinciali, vel in alio negotio, ex mandato & commissione Papae &c. Gonzalez gl. 43. n. 1. numero primo qui plura adducit, vt solet non necessaria, quicquid velit Arist. Germino, de iudiciali Car. 8. volumini. 1. 1. & 13. vbi ait si Cardinalis acceptauerit alternatiua, fuit etiam resistentem Romae, cum ratione Cardinalis Romae resideret teneatur, & ibi residerent omnibus, & singulis Ecclesiis deservire teneatur, & sic vult ad alternatiua sufficere residentia fictam, qui etiam fallitur in eo, quod existimat, Episcopos Cardinales egere alternatiua, cum tamen respectu eorum non sint menses reuerati vt supra dictum est num. 34. & ita contra Germonium nouissime tradit Gonzalez gl. 43. n. 71. & glo. 53. n. 44. & in eo, quod subdit, Episcopos Cardinales teneri residerere Romae cum contrarium declararetur a S. Concilio Tridentino sessio 23. de reformatione cap. 1. ibi etiam S. Rom. Ecclesie Cardinales sunt, & dictum est supra numero 405.

467 Et quamuis Ham. Paris. de resignat. t. Benef. 12. p. 10. n. 85. (qui etiam loquitur de alternatiua Sixti V. vt patet ex n. 46.) dicit, quod Episcopi absentes causa reipublicae habent alternatiua, & quod ita censuit S. Cong. 9. Iulij 1573. ista declaratio facta fuit attenta alternatiua Pij V. aut etiam ad summum Greg. XIII. cuius tempore fuit facta, quae carebat dictione, *vere*, Gonzalez d. glo. 43. n. 81. quod etiam concessit Pius III. Episcopis interfectis Concilio Tridentino vt in constitutione sua 35. secus vero est attentis d. verbis, *vere ac personaliter*, quae non vi lentur addita ad alium effectum, nisi ad excludendam residentiam fictam, & interpretatiua, Gonzalez n. 81. dicens cessare iam declarationem praedictam, & audiuisse, quod postea S. Congregatio contrarium censuerit, Et subdit, quod cum quidam Episcopos Hispaniae abfinit ad propria Diocesi pro exercitio sui officij Inquisitoris generalis, in Curia inuicem summi Hispaniarum Regis, ubi generalis inquisitor etiam suo tribunali resideret solet, & insisteret supplicaret Sanctissimo Clementi VIII. quod concederet indultum speciale vt possit gaudere beneficio alternatiue, quamuis non resideret in propria Diocesi, attente d. causa in fauorem Fidei, & reipublicae resurgente, nunquam tamen d. indultum obtinere potuit, quamuis antea bene concedebantur indulta gaudendi al-

ternatiua per aliquod tempus absentia, vt consuevit in casu vnus indulti, Mandosi. consilio vicesimo primo.

Ex quibus etiam verbis cessat dubium Sarmienti t. 1. de iurisdictione c. 16. n. 9. vtum Episcopos, qui ob aliquam iustam causam a sua Diocesi animo breuiter reuertendi, vel qui nondum Diocesi ingressi essent, sed pararet ingredi, gaudere alternatiua t. ex illis enim verbis clarum est non gaudere, & postea tradit Gonzalez d. glo. 43. n. 11. & insert ad calum, quem adducit, & late pro vtraque parte disputat Gonzalez n. 41. de Beneficio Segobien. quod vacauit de mense April. 1604. stante D. Episcopo in domo del Scorial a propria Diocesi Segobien. per quatuor miliaria duntaxat distans, ad visitandum Reges Catholicos, & de sua promotione ad Archiepiscopatum Compostellanum gratias agendum, qui festinat ad suam residentiam continuandam rediit in propriam Diocesi, a qua solum modo abfuit per duos dies, nempe die 13. & 14. mensis Aprilis, & in hoc tempore Beneficium vacauit, quod virtute alternatiue contulit D. Hiero. de Padilla suo Vicario generali, & postea a Papa alteri proui sum est, vt reseruat ex eo, quod vacauerat durante absentia. Vnde orta est controuersia, an in hoc casu intraret alternatiua, vel non? & quod non intraret alternatiua dicit Gonzalez n. 83. se proliuiorem esse, cum verba nostrae regula sint fortissima, & excludant omnem fictionem, ac veram, & actuale praesentiam de facto exigant, &c. Ego autem id certum existimo, & ita consultus pro parte dicit D. Hiero. de Padilla respondit. Et tandem causa in Rota propolita 26. Mar. 1604. coram D. Iusto, fuit resolutum non intrare alternatiua, sed potius reservationem, quibus tamen ex D. contrarium sentientibus vt per aliquos d. n. 83.

468 Et ex illis t. etiam verbis apparet falsa sententia Gonzalez d. glo. 43. n. 200. vbi tenet, quod si Episcopus non potest ingredi suam Diocesi, nec in ea resideret propter proteruiam, & crudelitatem impiorum, qui illam occupatum habent, gaudere valeat alternatiua, quamuis vere non resideret iuxta Clem. 1. de foro comp. quae sententia est contra d. verba reg. quae veram, & realem residentiam in propria Diocesi requirunt omnino, nec concessio d. Clementine trahenda est ad alternatiua, vere ac personaliter in sua Diocesi residentibus duntaxat concessam.

469 Quarto sunt addita per Greg. XIII. illa verba ad liber. in ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis, & a tempore Sixti V. illa verba, nec etiam cum consilio, vel consensu interuentus Capitularum, vel aliorum, nam in prima alternatiua pij V. solum dicebatur, ad eorum collationem, prouisionem, praesentationem, electionem, seu quantum aliam dispositionem, non tamen simplicem institutionem pertinere.

Et sic licet antea alternatiua t. concessa Episcopis residentibus, quia est fauorabilis, comprehenderet Beneficia, & Canonatus quorum collatio est communis Episcopis & Capituli, & Capitulum ex Beneficio Episcopi possit vt alternatiua, ita vt etiam inuito Capitulo Episcopus possit vt alternatiua, Calde. conf. 22. de Praeb. vauinus de off. c. potest. Capituli sede vacante. l. p. 9. l. 10. n. 23. Simoneta de reformatione, q. 71. n. 2. & ibi Granitius n. 4. Hiero. Gab. conf. 197. m. 1. c. 1. Achil. det. 226. seu 3. de Praeb. Put. det. 88. l. 3. Rota dec. 12. l. 3. p. 3. dicitur. & Gonzalez d. 24. n. 48. & gl. 42. n. 3. quod extendit Rota apud putei ibi, vt etiam al-

terminata concessa Episcopo pro fit Capitulo, ubi
mentes Ordinarii sunt diuisi inter Episcopum, &
Capitulum ex concordia, & sequitur Granatius su-
pra n. 4. Goncal. supra d. gl. 42. n. 4. de quo infra nu.
718. tamen hoc attendis dictis verbis nostrae regu-
lae, & Gregorij XIII. & etiam secundae alternatiue iij
V. id non procedit, vt aduerterunt Domini in Sala-
mantina alternatiue 22. Octobr. 1581. infra adducta
n. 708. & in Vercellen. Canonici 27. April. 1594.
coram D. Penna, in qua fuit dictum quod, si ex in-
memoria consuetudine collatis Præbendis non per-
tinet ad Capitulum primitiue, quoad Episcopum, Episco-
pus iuari non potest alternatiue, quia non habet lo-
cum, quando ius conferendi spectat ad inferiores
collatores, vt apparet ex verbis regulae, & si iure
communium agendum sit iuxta eam operationem, quam
Rota seruauit per Casad. dec. 22. de Præben-
dis vult collationem debere esse communem Episco-
po, & Capitulo, Episcopus non gauderet alterna-
tiue, quia excludit regula in illis verbis, ad liberam
propram diuitat, non autem aliorum cum eis disposi-
tionem. Sec. fuit dictum in illa Regien. Canonici 17.
Nov. 1594. supra relata n. 413. & resolutum in vna Lu-
nen. Saracenen. Canonici 23. Oct. 1598. coram D.
Seraphino in qua fuit dictum, *vacatorem in mense*
Aug. probari ex confessione aduersarij, in sua prouisione,
& adesse etiam vnum testem de publica voce, & fama,
& ex hac probatione resultat ex probatione reservationis
ex regula Cancellaria. Nec excludit ex eo, quod di-
citur Episcopum gaudere alternatiue, quia cum Cano-
nici sit in Ecclesia Cathedrali in qua ex iuris com-
muni dispositione collatio est communis Episcopi, &
Capituli, alternatiue non habet locum, quia ea dicitur,
ne obstat, quod hoc procedat in simultanea collatione,
non autem vbi turnus fuit diuisus, vt in Salamantina
alternatiue coram D. Robuierio, & Dd. in c. cum illis
9. de Præb. in 6. Rochus de iure patron. verb. ius,
questione 6. n. 11. quia qui dat de hoc turno debet
verumque probare, nempe, quod adesse turnus ex conuen-
trone, vel consuetudine, & quod illa vice collator sit in
turno. & neque posse iuari quasi possessione Episcopi
conferendi sine interueniente Capituli ad cap. consultatio-
nibus de iure patron. quia exhibentur alia collationes
Capituli, quæ reddunt hanc probationem equiuocam
&c.

473 Et tradit posthæc Goncal. d. glo. 24. n. 49. qui tamē
d. gl. 42. n. 1. male ait hodie cessare d. dec. Achillis,
& Putei dicentes, quod Capitula Cathedralium ga-
dere poterant alternatiue & c. eo, quod hodie solum
conceditur Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis,
& ad eos restringit regula nostra, alternatiue au-
tem antiqua non erat restricta ad solos Patriarchas,
Archiepiscopos, & Episcopos, sed omnibus colla-
toribus concedebatur. Quod quidem falsum est, nam
alternatiue antiqua non concedebatur collatoribus
inferioribus, sed Episcopis. & quia est fauorabilis,
comprehendebat Beneficia simultaneæ collationis,
vt per citatos sup. n. 471. hodie vero id non proce-
dit, quia alternatiue restringitur ad Beneficia spec-
tanti ad liberam Episcoporum, non autem aliorū
cuius dispositionem sec. vt dictum est. Vnde etiā
male ait idem Goncal. d. glo. 45. num. 29. quod eo ipso,
quod regula nostra dicebat concedere alternatiue in
Benef. spectantibus ad Episcopos collat. quāvis reli-
qua verba libera diuitat, non autem aliorum cum
eis, &c. appositā non essent, venirent intelligenda de
de collat. spectante ad solū Episcopum, non autē de simul-
tanea collat. pertinente ad Episcopum cum alio per

textum quem dicit expressum in capite cum in illis ibi,
§. si vero de Præb. l. 6. & ibi glossa. & Dd. cum aliis.
Quod quidem est falsissimum & contra Rotam, &
Dd. citatos d. n. 471. & contra dict. decisionem Sala-
mantinā alternatiue, & alias adductas n. 472. & text.
in d. c. cum si illis. §. si vero loquitur & procedit in
gratia odiosa, & ambitiosa, non in materia fauorabi-
li. Domin. & Francus, & alij ibi Fel. in eam de de
receptis. n. 16. alternatiue vero est fauorabilis, & am-
plianda cum innitatur iure communi, & remoueat
obstaculum reservationis, vt tradit ipse Goncal. d.
§. 6. proem. n. 42. & d. glossa quadragesima quarta num.
trigesimo quarto & glossa 43. num. octauagesimo primo
& 151.

Et illa dicitur libera collatio ad effectum alterna-
tiue, quod potest fieri a solo Episcopo absque alteri-
us dispositione, presentatione, vel electione, consi-
lilio, consensu seu interuentu, aut alias, vt patet ex
verbis regulae nostrae, & tradit Goncal. d. glo. 45. n.
10. qui gloss. 46. explicat illa verb. nec etiam cum con-
silio, & gloss. 47. verb. vel consensu. & gloss. 48. aut alias
peruenit, vbi multa adducit nostram regulam pa-
rum necessariā.

Dicitur autem libera collatio ad effectum alterna-
tiue, quando collator tenetur conferre certo ge-
neri personarum, veluti filiis patrimonialibus ad de-
cis. Achil. 151. seu §. de priuile. l. Putei 162. l. 2. & tradit
Goncal. d. glo. 45. n. 19. dicens, fuisse resolutum in
vna Vlisbonen. Prioratus de Carraga, coram Illu-
strissimo Seraphino, de mense Nou. 1603. vbi fuit
dictum, esse liberam collationem, quamuis sit facien-
da vni, ex sex personis de certo Collegio. Vnde ait,
n. 21. intrare alternatiue in Beneficiis Curatis, &
Parochialibus, quamuis sint conferenda dignioribus
per concursum, iuxta formam Concilij Tridentini
§. 24. c. 18. de refo. nihilominus enim sunt libera
collationis, vt fuit resolutum in Abulen. Parochialis
coram Illustrissimo Blancheto, infra adducta c. 9. n.
92. & 91. & ratio prædictorum est, vt inquit ipse
Goncal. ibi n. 22. quia ex parte Episcopi est libe-
ra collatio, cum solus conferat, sine presentatione,
electione consilio, consensu, vel interuentu alterius,
aut alias. Et sic nullum adest impedimentum respec-
tu alternatiue, & licet in cui dando non sit absolu-
ta potestas, cum Episcopus repetatur dare digniori-
bus, seu filiis patrimonialibus, illud tamen non est
considerabile ad effectum huius regulae nihil de hoc
dicentis. Id autem, quod dicitur de Beneficiis patri-
monialibus, vt in eis intret alternatiue, non procedit
in illis Beneficiis patrimonialibus, quæ prouidentur
per Episcopum ad aliorum presentationem seu
electionem, vt ex verbis regulae constat, & tradit
alias Goncal. d. glo. 45. n. 5. primo numero septuagesimo
primo.

Quando tamen Episcopus esset in quasi possessione
conferendi, sine interuentu Capituli, intraret
alternatiue in Canonici, & Præbendis ad ca. con-
sultationibus, de iure patron. n. c. quare, de elect. & c.
cuius de causa poss. & infra dicta c. 9. & sentit Ro-
ta in d. Luinen. Saracenen. sup. relata n. 472. & fuit re-
solutum in vna Alfisen. Canonici 14. Jun. 1600.
coram D. Sarçato in qua fuit dictum, *intrare alterna-*
tiue in illo Canonatu, quia hic non agitur inter
Episcopum & Capitulum super iure conferendi, sed inter
ipsos promissos, quo casu attenditur sola quasi possessio col-
latoris iuxta cons. Caid. 12. de Præb. quod Rota sequi-
tur dec. 49. de refer. in antiquis, Put. 106. l. 1. Mohed.
de

Mohed. §. de priuile. & Thauis dec. 3. & vlt. coram
Pamphilio, in v. Benef. S. Martini 19. Nov. 1599.
Vnde superfluum fuit vltim ingredi q. an probaretur
prescriptio quadragenaria, & talis probatio esset neces-
saria, vel non, quia in proposito sufficit quasi possessio, &
illa non actu requiritur glo. in c. cum Ecclesia de cau-
sa poss. c. d. possessio. Episcopi libere conferendi in suis
n. c. sibi bene probatur per testes explicite deponentes
Episcopos pro tempore, ubique villa participatio & Capitu-
li, consilisse Canonici, & tales prouisiones fuisse
fortius effectum. Secundo, ex pluribus collationibus, factis
per solos Episcopos, & c. et obstat, quod Episcopi con-
ferendo conseruauerint simultaneam causam. Capitulum, nam
ex explicite deponentes testes, Capitulum non pretendit
bus simultaneam, sed præsentationem in conferendo, &
cessat etiam difficultas, quia in aliquibus ex collationi-
bus, quæ dantur, dicitur collatio em ad Episcopum spe-
ctare, quod significat ad ipsum solum glo. in c. cum in
illis. §. si vero, verbo, cum alio in fi. de Præben. n. 6.
fact. c. nouit. ibi, cuius cognitio ad Episcopum spec-
tat de iudic. in aliquibus aliis collatis, adesi clausula,
ad omnimodam, quæ significat plenarie, & c. et verbum
vniuersale, & aptum comprehendere omnem speciem
præsentis glossa. in Clem. 1. verb. omnimodam de
foro compet. quare tenet non ignorari Capituli, cui
illam vigore tradiderit pos. ad nota. in l. non est feren-
dus ff. de transact. Vnde Capitulum nullum amplius
posset pretendere quasi poss. Seco. in item quæ no-
bis n. 8. vers. in fertur de acquir. possel. Decius
conf. 302. Paris. l. nu. 164. l. 1. c. 1. §. ad dec. 4. de resti-
tu. spoliat. n. 6. nec requiritur prohibitio, cum finis in
alio negativo, quia non excluditur alij modo acquir.
quasi possel. prout vbi sunt. Nec obstat ius mota per cap.
de anno 171. primo, quia non erat super collatione &
Canonici, sed super deputat. Canonici ad admi-
nistr. fabricæ, & in omnem euentum Episcopus erat prius
in quasi possel. conferendi, & continuando non potest dici,
quod attendatur, Capitulum, n. dec. 51. n. 2. p. 1. & vlt.
status attenditur.

Et post hæc tradit Goncal. d. glo. 45. §. 1. n. 79. §. 1.
n. 2. dicens, quod ad effectum inspicendi, an ali-
quod Beneficium sit libera collationis, necne, ita vt
intret, vel non intret alternatiue per reg. nostram
concessa, cum non agitur inter Episcopos, & Cap. su-
per iure conferendi, sed inter tertios, super vali-
tate collationum, & incidenter, potissime est confide-
randus vltim. status Beneficij, videlicet, an Episcopus
fuerit in quasi possel. libere conferendi, vel in con-
traria possnam, si fuerit in tali quasi possel. libere
conferendi gaudebit alternatiue, quamuis in proprie-
tate bonum ius forsan habere destinet, & diuitat
collator putatiuus fit, & versa vice, licet habeat bo-
num ius, seu proprietatem, si tamen talis quasi possel.
non habeat, quia illis exiit in quasi possel. con-
ferendi cum illo, seu præsentandi, aut eligendi, vel
consilij, consensum, aut interuentum adhibendi,
tunc Beneficium non erit libera collationis, & allegat
d. dec. Alfisen. Canonici, & Viten. Beneficij,
de qua in ca fit mentio, & ait etiam fuisse decisum
in vna Tarraconen. sacristia nono Junij 1600.
coram D. Iusto, & in Maiorcen. sacristia 16.
Junij 1601. coram Pamphilio & alias plu-
ries.

Quod declarat idem Goncal. ibid. d. §. 1. n. 49.
quod ad effectum, vt intret, vel non intret alternati-
ue in casu reg. nostræ, sufficit semiplena probatio
quasi possessionis libere, aut non libere conferendi,
vt fuit resolutum in terminis nostræ reg. in d. Maio-

ricen. Sacristia, vbi propterea fuit decisum sufficere
probat. de publica voce, & fama, quod cessant. re-
seruationib. collatio pertinet ad solum Episcopum
absque interuentu Capituli, cuius resque Goncal.
n. 51. ratio est quia in hoc casu agitur incidenter du-
taxat de pertinentia collationis inter prouisos, & i-
deo semiplena probatio satis erit, Rota de 3. de pro-
batio. in nouis, Millis ver. probatio, quod Beneficium
pertinet cum aliis per me allegatis infra d. c. §. num.
144. & segg. & n. 52. ait procedere secundum illos,
siue agatur inter prouisos ab Episcopo, & ab inferiori-
bus illo, siue inter prouisum ab Ordinario, & prou-
isum ab Episcopo, & c. de c. si. vide probatio. n. 1. & declar.
d. dec. Maiorcen. addens, quod cessat omnis diffi-
cultas, quando cum fama concurrunt aliqua admi-
nicalia, & Cassal. dicit. numero primo & secundo, circa
quod vide per me dicta d. capitulo quinto a numero
148.

Rursus ex illis verbis, & ad liberam ipsorum diuitat,
non autem aliorum cum eis & c. colligitur, quod si
duo Benef. quorum vnum spectat ad prouisionem
Episcopi, & alterum ad prouisionem alterius, essent
vni iuicem æque principaliter, non haberet lo-
cum alternatiue, scilicet quo in illorum prouisione requi-
ritur vtriusque consensu, vt dicitur infra vlt. p. 2. n. 47.
quamuis, si essent vtraque Beneficia spectantia ad
prouisionem duorum Episcoporum, vt quia esset
duarum Diocesium, intraret in eis alternatiue, si am-
bo eam haberent acceptatam, & residerent in sua
Diocesi. Denique ex d. verb. alternatiue etiam primæ
vii V. apparet, Episcopum non posse se iurare ad
alternatiue nec vigore illius se intrinsece in Benef.
ad aliorum collat. spectantibus, vt in Vercel. de qua n.
492. & Nucerna Beneficiorum 30. Oct. 1592. coram
D. Pau. philipino adducta c. 5. §. 64.

Quinto illa verb. & seu etiam aliorum dispositio
sua, & d. Sedis, ita quomodo libet reservationum, vel af-
fectuorum, non habebantur in alternatiue Pij V. sed à
tempore Greg. XIII. addita sunt, per quæ extenditur
pena priuationis altera ad seile intrinsece in
prouisione Beneficiorum, non solum in aliis sex
mensib. reseruat. vacantium, sed etiam alias quo-
modolibet reservationum, vel affectuorum & c.

Sexto circa modum etiam acceptandi alternati-
uam, fuit varietas in reg. Summor. Pontif. in alterna.
Pij V. sic dicebatur, ac si ipsi op. Archiep. & Patriar-
cha præfati infra tres menses à die publicæ presentis
constituti. comp. se alternatiue huiusmodi acceptare,
vel recitare coram Notar. publico, & testib. declarare
teneantur, alioquin lapsi transirent alternatiue huius-
modi illi nullatenus suffragaretur. In secunda vero alter-
natiue Pij V. de alterna. Greg. XIII. sic dicebatur
ill. vero, qui gratiam alternatiue prædile acceptare vo-
luerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas,
suo sigill. omnia declarare, & literas ipsas huc ad Da-
tarum Sanctitatis sue transmittere teneantur, quibus
ab eo receptis, & recognitis, tur. denum, & non antea
viri incipiat gratia prædile. A tempore vero Sixti V.
Ordinat. acceptationem heri debere, vt haberetur in
nostra reg. ex quibus verbi acceptare voluerint, ap-
paret primo, quod acceptatio alternatiue est t vo-
luntatis, & ideo nemo inuitus illam acceptare tene-
turnam alternatiue est gratia, & Beneficium, vt de-
clarat reg. ibi. gratiam & ibi. Beneficia, & inuito Benef.
non datur. l. inuito. 70. ff. de reg. iuris, vt tradit Gon-
cal. d. n. 1. qui alia cumulat, vt solet.

Semel vero acceptata t alternatiue, non poterit
Episcopus penitere, & ab acceptatione recedere,

quia acceptatio est mensum commutatio, seu permutatio, & quidam quasi contractus inter Papam, & Episcopum, & facit *l. si quis C. de oblig. & act. & reg. mutuar. & reg. quod tenet placuit l. 6. tradit Gonzal. d. glo. 58. nu. 14. nisi Papa acceptauerit renuntiationem alternatiuam, ut aliquando solet fieri, Gonzal. ibi nu. 23. Rota in Vigem. preceptorum infra adducta n. 741. acceptatio vero alternatiua per aliquem Episcopum facta, cessat per translationem illius ad alium Episcopatum, & si vult alternatiua in nouo Episcopatu debet causa de nouo acceptare, nam acceptatio solum est, quoad Episcopatum tunc obtentum imo nec potest fieri, quoad Episcopatum futurum, vt ex mente reg. constat & tradit Gonzal. d. glo. 58. nu. 21.*

Ex acceptatio alternatiua nihil aliud est, quam iuribus & voluntatis declaratio, vt patet ex ipsa reg. *ibi declarare*, & sic ad factum potius, quam ad ius pertinet, vt alias dicitur infra 6. p. c. 13. a. 35. & tradit Gonzal. d. glo. 58. a. 24. vbi ait nu. 26 quod quauis Episcopus esset excommunicatus de tempore, quo alternatiua acceptat, teneat acceptatio, ex communicatione non obstat, sicut valet acceptatio Beneficii ab excommunicato facta, vt nos ibi diximus. Secundo, ex illis verbis, *ibi per patentes litteras*, apparet acceptationem alternatiua fieri debere per litteras patentes, id est apertas, non vero clausas & secretas, & notat Gonzal. d. glo. 59. dicens re. nostra per forma id requirere, & sic esse illius formam seruandam. cum dilecta. de rescript. cum aliis.

Tertio, ex illis verbis *ibi manu propria subsignatas* apparet, quod littere acceptationis alternatiue sunt subsignandae, id est, subscribendae manu propria ipsius Episcopi acceptantis, alias acceptatio non tenebitur, notat Gonzal. d. glo. 60. vbi ita late explicat, & aliquas q. circa ista verba tractat. Quarto, ex illis verbis *ibi suorum sigillo munitas*, apparet litteras acceptationis alternatiuas, non solum debere esse manu propria Episcopi acceptantis subscriptas, sed etiam suo sigillo munitas, notat Gonzal. d. glo. 61. vbi ita late explicat, & aliquas q. mouet.

Quinto, ex d. verbis apparet, quod in litteris acceptationis alternatiuas, non est necessaria adhibitio & appositio testium, nec interuentus, & subscriptio Notarij, seu Secretarij, quia regula solum requirit, quod sint manu propria Episcopi subscriptae, & suo sigillo munitae, & notat Gonzal. d. glo. 61. vbi ita late explicat, & aliquas q. mouet. Sexto, ex illis verbis *ibi, t. & in suis quibusque ciuitate, vel dioc. eji. dat.*, apparet non posse fieri acceptationem alternatiua, & litteras eam continentem, nisi in propria ciuitate, vel diocesi, non autem extra, quamuis alias possint exerceri extra diocesim huiusmodi actus, & actus voluntarie iuris licet, tradit Gonzal. d. glo. 62. qui huius requiritur rationem reddit a. 20.

Septimo, ex illis verbis *ibi, & licet us ipsas t. huc ad Datarium Sancti. uti sua transmutare teneantur*, apparet, quod Episcopus volens frui alternatiua, non solum debet illam acceptare per litteras patentes, propria manu subscriptas, & suo sigillo munitas, & in propria ciuitate vel diocesi datas, vt dictum est, sed etiam tenetur litteras ipsas ad Datarium Papae transmutare, & notat per Gonzal. d. glo. 63. vbi aliquas question. tractat circa hoc. Octauo, ex illis verbis *ibi, quibus ab eo recipiatur, & recognoscitur*, apparet ad complementum acceptationis alternatiue per Episcopum factae, debere litteras acceptationis per Episcopum transmissas recipi, & recognosci a Datario,

notat Gonzal. d. glo. 64. vbi de recognitione instrumentorum aliqua agit. Nono, ex d. verbis apparet hodie nullam esse necessariam expeditionem litterarum alternatiuarum, cum hodie per reg. nostram concedatur gratia alternatiua, & certa forma illam acceptandi constituitur, nec fit necessaria illa supplicatio, nec alia concessio, nec dicitur, quod fieri debeat aliqua litterarum expeditio, quamvis de tempore antiquo esset necessaria litterarum expeditio ad vsum alternatiua, vt in aliquibus decisi. dicitur, quia tunc non concedebatur alternatiua per reg. nec per legem generalem vt nunc, sed per gratias particulares ad supplicationem Episcoporum, Mohed. decisi. 3. de rescript. & Put. s. 7. l. 3. tradit Gonzal. d. glo. 62. a. 2. nu. 29. & gloss. 65. n. 19.

Si tamen Datarius, qui est organum Papae, t. Gonzal. d. glo. 63. n. 60. admitteret acceptationem alternatiua factam, non seruata omnino d. forma, vtique valeret, vt tenuit Rota in Salaniam. fructum Archidia. de Monleor. 3. Jan. 1587. coram D. Gyphio, nempe Datarium, qui est organum Papae, ut de Cancellaria dicitur Cassador. decisi. 2. n. 7. de vno. non obstat forma acceptationis, & de reo irritante, de quo in d. 1. alternatiua p. 7. potuisse admittere instrumentum acceptationis, vt ei non esset sigillo munitum, nec recognitum, vt requirebat regula &c.

Et hoc de acceptatione alternatiua inductum est ad euita fraudes, quae per Ordinarios committi possent, circa vsum alternatiua, vt per Fulcium de vocatione. l. 2. c. 28. n. 32.

Et formulam & tenorem litterarum acceptationis t. alternatiua ponit Fulcius, ibi numer. 33. quam etiam & aliam ponit Gonzal. d. glo. 62. n. 33. & Fulci. ibidem n. 34. ponit formulam fidei, quae datur per datarium de praesentatione, & recognitione d. litterarum, quam etiam in ampliori forma ponit Gonzal. d. glo. 64. n. 30.

Per quam fidem Datarij probanda est, t. quando opus fuerit, acceptatio alternatiua completa, aut per ipsum librum Datarij, vbi tales acceptationes describuntur, per Gonzal. d. glo. 62. n. 28. vbi ait, quod non praesumitur, quod alternatiua sit acceptata, cum acceptatio sit facta, & requirantur omnes solemnitates per regul. nostram assignatae & factum non praesumitur, nisi probetur, & sic fundans se in alternatiua illius acceptationem probare tenetur, & si forsitan, inquit, d. liber datarij inueniri non posset, probatio acceptationis fieri posset per testes deponentes de quasi possess. conferendi in mensibus alternatiue vigore concessis, aut aliis legitimis modis, vt fuit decisi in Astoricensi. Archidiaconatus, 3. Dec. 571. coram D. Seraphino, & Anale. Gerno. de inuolunt. Cardinalis, 3. volumus, numer. vngulino septimo. 32. & 33.

Roma vero satis probatur acceptatio alternatiua t. per diem aliquis Notarij, quod est in libro datarij nam tali fidei creditur, cum ad librum, qui est in datarij, fit facilis recursus, vt fuit ita resolutum in vna Caurien. prestimonij, 9. Jun. 1592. coram D. Penna, sicut alias in Actina Commem. 9. septimo Nouemb. 1586. coram D. Seraphino, fuit resolutum, quod rescriptum satis verificatur ratione familiaritatis, de qua constat per attestationem computatoris Palatii, & fides in curia facit fidem, propter familiaritatem habendi veritatem per inspectionem librorum, ex quibus extrahitur, &c.

Et qui dicit Episcopum gaudere alternatiua, si iuris fundat suam intentionem in acceptatione, & praesumit.

sumptione iuris, quod Episcopus residet in suo Episcopatu, & qui contrarium dicit, illud probet, tanquam fundamentum suae intentionis, ita in d. Caurien. pro qua resolutione facient tradita per Tirac. in legib. comit. glo. 8. a. numero 30. Malcar. de probat. concl. 5. numer. 5. & concl. 127. numer. 1. & 2. per Menoch. de praes. p. 1. lib. 6. praesumpt. 19. numero 4. & 5. Caesar de Gra. dec. 63. & Rotam 420. p. 1. dices. nu. 1. cum aliis, vbi quod quis praesumitur praesens in loco, vbi residere tenetur, vel vbi habet domicilium, seu habitationem.

Contrarium tamen sententiam, nempe, quod t. prouisus ab Ordinario, qui se fundat in alternatiua, tenetur probare, non solum acceptationem illius, sed etiam residendam Episcopi in suo Episcopatu, de tempore vacationis tenet Gonzal. d. glo. 43. a. numero 92. quia vtrumque requiritur a reg. nostra, vt Episcopus gaudeat alternatiua, & quia residenda, seu praesentia probanda est ab eam diligente, & se in ea fundante, quia, cum quod sit facti, non praesumitur, Put. decisi. 355. n. 31. & alij relati per Malcar. d. concl. 5. n. 4. & Menoch. de praes. p. 1. n. 6. & ita ait fuisse resolutum in Rota, vt in vna Placen. Capellan. 31. Maij 1604. coram illustri. Panij. lib. 8. ad contraria respondet, quod illa possent admitti, quando prouisus Ordinarius esset possessor, & reus, locus vero si sit actor. Sed ista responsio non satis aet, nam, si est iuris praesumptio, quod Episcopus residet in suo Episcopatu, & quod quis est praesens in loco, vbi residere tenetur, ex ea vtiq. probaretur intentio illius, qui se fundat in alternatiua, & residenda Episcopi, quicquid ibi Gonzal. dicit, & dicitur alias int. 530. vnde melius respondetur quod non est vera iuris praesumptio, quod quis residet in loco, vbi residere tenetur, nisi licet non praesumatur delictum, *l. in re ff. pro socio*, non ideo praesumitur, quod quis non faciat delictum, sed debitum, sed qui in eo se fundat, id probet. Verum est tamen, quod est aliquis praesumptio, quod t. quis residet in loco, vbi residere tenetur, quatenus aliquib. adminiculis, seu alia praesumpt. sufficit ad probationem, & ita arbitrat Gonzal. d. glo. 100. quod ad probandam d. residendam peractorem sufficit, aliam exacta probatio iuncta d. iuris praesumpt. vt ex omnibus remaneat, integra probatio in casu, de quo agitur ex adductis per Gab. de probat. concl. 1. ex n. 1. pro quo, inquit, multum faceret, si videretur probare residendam de tempore vacationis, quia tunc praesumeretur continuata, & ex praesumpt. mutata, nisi probetur. Menoch. de praes. p. 1. lib. 6. nisi ex aduerso oriretur aliqua coniectura, vel praesumptio, quae animum iudicis ad contrarium credendum moueret, prout mouit in casu d. decisi. Placen. Capellan. de qua n. praeced. & conduci decisi. Rota, in causa Mayorien. Canonici 15. Nouemb. 1593. coram illustri. Cardin. Millino infra adducta numer. 712. vbi quod residenda Episcopi probatur ex prouisione facta ab Episcopo in domo Capitulari Ecclesiae, de sequenti post vacationem. Ait tamen recte Gonzal. d. glo. 43. numer. 101. quod quando quis impetrat t. Beneficium, vti reseruat, quia licet vacauerit in aliquo ex mensibus alternatiua, puta, Febr. April. Aug. seu Oct. tamen ob non residendam Episcopi praeredit intrare reservationem, tunc proculdubio plena, & conclusiva probatio non est, licet requiritur, cum in illa fundetur reseruat. & in contrarium sit praesumptio, & agitur de graui praedictio Ordinarij, & prouisi ab illo iuxta alias d. per eum, & per nos p. seq. c. 2. an. 225.

Et similiter, inquit idem t. Gonzal. d. glo. 43. n. 8. quod 101 prouisus Apostolicus de Beneficio vacante in mense Martij, vel Septembr. tanquam reseruat. ex eo, quod Episcopus gaudeat alternatiua, non solum tenetur probare acceptationem illius, sed etiam probare debet, quod Beneficium sit liberum collationis, cum alias illa non gaudeat, & quod in tali casu probatio debet esse concludens, vt fuit resolutum, se obtinente, in vna Corduben. dimidia portio coram D. Sacro 13. Febr. 1602. quod tamen, licet ipse non dicat, solum videtur procedere in Beneficiis, quae de iure non sunt liberae collationis, vt in Dignitatibus & Praebendis Eccl. sic Cathedralis, & etiam in Portionibus, seu dimidiis portionibus, de quibus loquitur d. decisi. Corduben. Quid de iure pertinet ad prouisionem Episcopi, & Capituli simul iura opinionem, quam tenet Rota, vt dicitur infra cap. 4. a. numero 13. 2. c. 237. vbi de dicta decisi. Corduben. sit mentio, in Beneficiis autem, quae de iure, seu vniuersali consuetudine sunt liberae collationis Episcopi, non requiritur alia probatio, cum de iure talia censentur iuxta alias d. prima pars, cap. vltim. numero 8. c. 11. & tertio parte cap. secundo a numero quarto & infra numero 530. & id, quod ibi dicit Gonzal. z. quod in tali casu probatio debet esse concludens, non videtur verum ex his, quae cum eo diximus supra numero 478. & seq. vnde non videtur loqui consequenter.

Sed quare Gonzal. t. d. glo. 43. n. numero, 102. an sic 104 sit prouisus ab Ordinario in aliquo ex quo mensibus Febr. April. & similibus, qui vti actor se fundat in alternatiua Episcopi, tenetur probare d. residendam de tempore vacationis, & etiam prouisus in aliquo ex mensibus Martij, & Sept. qui, cessante alternatiua sunt Ordinarij, teneatur tanquam actor probare, quod Episcopus residet in mensibus Febr. & Aug. respectiue, vel saltem in mense Martij, aut Sept. in quo contigit vacatio? Et resolutum quod non, quoniam eo ipso, quod Episcopus acceptat alternatiua mensum inter Papam, & ipsam sit quoddam pactum, & permutatio mensium, & Pape manent menses Martij, & Sept. ita, quod Episcopus penitere, & retrocedere non valeat, cum d. acceptatio sit quasi contractus, Mandos. conf. 18. n. 8. quae acceptatio censetur facta cum omnibus suis qualitatibus, & oneribus videlicet residendi &c. & cum stante d. acceptatione menses Martij, & Sept. sint proprii menses Papae, & Episcopus nulli habeat ius conferendi in illis, siue non residet in illis, vel in mensibus praecedentibus Febr. & Aug. semper collatio erit Papae, Mandos. ibi, ac propterea prouisus Apostolicus non tenetur in hoc casu probare aliquam residendam, vel non residendam Episcopi, & allegat decisi. Fauentinam Canonici 16. Dec. 1584. coram D. Blancheto, & Maioricensi. Canonici 15. Nouem. 1593. coram D. Mellino infra adductis numer. 693. & 671. sed ista ratio, & assumptum non est omnino verum, vt dicitur infra a. n. 687. vera tamen est dicta resolutio ex eo, quod, cum Episcopus elegerit & acceptauerit alternatiua, praesumendum est ea gaudere, & omnes alios sex menses esse Papae, nisi contrarium probetur. Rursus querit Gonzal. d. glo. 43. n. 116. an alternatiua desinat gaudere Episcopus non residens in mensibus Iunij, & Decem. & consequenter prouisus ab Episcopo de Beneficiis vacantibus in istis mensibus, qui tanquam actor agit, teneatur probare residendam, sicut prouisus de Beneficiis vacantibus in aliis 4. mensibus alternatiua? Et pluribus adductis inclinat in opinionem

alternatiuam ex eo in summa, quod per nostram regulam alternatiuam conceditur Episcopis in sex mensibus, cum conditione, & onere residentie, & omnes sex menses sub eadem clausula, & oratione ponunt, & ab eodem verbo reguntur, & determinatur, & Episcopus accepto alternatiuam voluntarie se obligauit ad residentiam in omnibus, sex mensibus, sub conditione, & pena amittendi ius conferendi, sub qua per regulam nostram indulgetur alternatiue commodum, & ob hanc causam augentur per alternatiuam duo menses Ordinarii, ut cum hoc lucro, & augmento compensetur necessitas, & obligatio residendi in omnibus sex mensibus &c. sed ista opinio mihi videtur omnino falsa, contrariumque tenendum existimo, quia menses sunt. & Decem semper sunt Ordinarii, siue alternatiua sit acceptata, siue non. Nec in istis sit aliqua permutatio, cum Papa, cum semper remaneant Ordinarii, & cum isti duo menses sint Ordinarii, siue alternatiua, vere non conceduntur a Papa per alternatiuam Episcopis, quoniam in ea fiat etiam mentio de illis causa demonstrationis, & sic onus & conditio residentie, non censetur impositum respectu illorum, sed aliarum 4. qui per alternatiuam de nouo conceduntur, & ita videtur communis sensu, & praxi receptum.

§. II.

De explicatione regule, & notabilibus, qua ex eius verbis, seu circa ea deducuntur.

SUMMARI.

Per verb. reg. cum circa, clare reservatur Papa collatio Beneficiorum in curatorum, quae, etiam si non essent adducta, verb. adhuc comprehenderentur numero 508. tamen tollitur canonici numer. 509. Verba reg. omnia Beneficia intelligenda videntur de Beneficiis perpetuis, non de manualibus, seu ad nutum amouibilibus, quae siue secularia, siue regularia, sub reservationibus non comprehenduntur. Quamvis regula haec exprimat Beneficia regularia, quae sunt manualia, tamen aliquando sunt perpetua, & de eis, non de manualibus videtur intelligenda, numero 511. Beneficia regularia perpetua comprehenduntur in regula, etiam si de regularibus expressa mentio non fieret, quia Beneficiorum appellatione, etiam regularia veniunt &c. n. 512. Beneficia regularia Ordinum militarium etiam minorum non comprehenduntur in hac reservatione contra Gongal. n. 513. Comprehenduntur in hac reservatione, sicut etiam in aliis Beneficiis, etiam tenuissima, & sine redditibus, & mon. 514. An Beneficia patrimonialia includantur in reservatione huius regule remissum n. 515. & an Canonici Doctorales, & Magistralis in ea comprehendantur etiam remissum n. 516. & an haec regula procedat in Beneficiis Ecclesiae non numerata, etiam remissum n. 517. Haec regula capit Beneficia monachalia, etiam si sint Dignitates maiores, & principales n. 518. Sub reg. cadunt Beneficia postea creata n. 519. id tamen non procedit in ipsa vacante per creationem, sed in vacationibus succedentibus post primam provisionem,

nam 520.

Amplius reservatio huius regule ad Beneficia ubique existentia, id est, siue in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus, siue aliis, quae tamen verba, maioris declarationis gratia, sunt adducta, nam etiam aliis venient in reservatione generali, &c. n. 521.

Octo menses Ianuarii, Februarii, &c. prout saccet, & putantur, sunt Apostolici, & reliqui quatuor remanent Ordinarii, &c. n. 522.

Vnde mensis incipit, & computatur in propostis numer. 523. resoluitur incipere a media nocte, non a die naturalis, & consequenter mensis incipit a media nocte. Et media nox est ubi tepus sonare hora 12. n. 524. & ubi sunt diversa horologia, standum horologio parochiae, seu viciniorum, aut per quod communiter ibi regitur &c. n. 525. alias accipienda est media nox iuxta cursum noctis, & arbitrium, & a communiter accidentibus, & versimilibus numer. 526. ubi de consuetudine ex gallo canit.

Quando vacat Beneficium per obitum alicuius, cuius mors ignoratur quo die, & mense fuerit, an censetur vacare in mense Apostolico, an in Ordinario, & Ordinarius postea illud conferre n. 527. resoluitur, quando facta indagatio, quam Episcopus facere debet, id constare non potest, censeri vacare in mense ordinario, & Ordinarium posse conferre, nam praesumitur pro Ordinario, & praesumptio iuris transferri onus probandi in adversarium, etiam possit &c. id quod procedit, etiam quando prouiso Ordinarius est posterior prouisione Apostolica contra Gonzalez, & responderi capit a Sede Apostolica de Prabem. in 6. & decisio. Pater 207. lib. tertio, & aliis de praesumptione vna hominis loquentibus, &c.

Beneficium vacans in mense ordinario, non est reservatum ex eo, quod vacatio duret, ac intrat in mensem reservationis, quia regula solum reservat Beneficia de nouo vacatura in mensibus Apostolicis, sicut ac in regula reservationis Beneficiorum vacantium Sede Episcopali vacante, &c. n. 526.

Beneficia vacantia Sede Apostolica vacante in mense Apostolico, non reservantur per superuenientem regulam mensium n. 527.

Reservatio regula locum habet in Beneficiis vacantibus in mensibus Apostolicis, non solum in vice, sed etiam aliis, non obstantibus regula, & hoc sermone n. 528.

De verbis usque ad suam voluntatem beneficium remissum n. 529.

Beneficia vacantia in Romana curia non includuntur in reservatione huius regule, in qua tamen includuntur alia Beneficia reservata contra Gongal. n. 530. quibus quoad expressionem mensis vacationis non habet locum regula in Beneficiis aliis reservatis n. 531. ubi etiam reprobat Gonzalez, & an de reservatione per regulam nostram indulta esset etiam facienda mentio Beneficia in quocumque mense resignata in manibus Ordinarii, non sunt reservata per hanc regulam, reprobat Gonzalez intelligens verba reg. alias quam per resignantem, etiam de resignatis coram Papa numero 532.

In quolibet mense anni possunt permutari Beneficia coram Ordinario, cum vacant per resignationem numero 533.

Regula tamen excipit resignationem expressam non vero tacitam, quae ipso iure fieri intelligitur, numero 534.

In vacantibus per resignationem non habet locum cum alternatiua, cum non sunt reservata per hanc regulam, habet

habet tamen locum, non solum in vacantibus per obitum, sed etiam aliis, ut per assecutionem, &c. numero 535.

Quando per istam regulam reservantur simpliciter Beneficia vacantia in mensibus Apostolicis, videbuntur posse testari, non comprehendi resignata ex causa permutationis, sed contrarium tenetur, numero 536.

Omnes modi vacationis excepta vacatione in curia, & per resignationem includuntur in reservatione huius regule, quae etiam non apposuit verbum, quocumque modo comprehenderentur, n. 537.

Regula non solum habet in vacatione de iure, & de facto, sed etiam in vacatione, de iure tantum, aut de facto tantum, n. 538.

Non intrat reservatio huius regule, si habens ius ad Beneficium decedat in mense Apostolico, n. 539.

Regula non procedit in Beneficiis Ecclesiae non numeratis, sed receptis, quae nunquam vacant, n. 540.

De verbis ad collationem provisionem, remissum, numero 541.

Certum est Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici, sub hac reservatione comprehendi, nam etiam non facta particulari expressione in reservationibus comprehenduntur, nec in gratia Beneficij est necessaria mentio iuris patronatus Ecclesiastici, numero 542.

Ius patronatus Ecclesiasticum est, quod, licet originem habuerit ex patronato laicali, fuerit tamen, vel ab initio, vel postea in Ecclesiam translatum, & quod competit Ecclesiae, vel ratione Ecclesiae, n. 543. & 544. ponitur decisio, & resolutio Rosa.

Si laici patronus ex fundatione fiat religiosus, tale ius patronatus est Ecclesiasticum, quia transit in Monasterium, durante tamen vita Monachi, ubi iure sanguinis defertur in posterum, & illi ad sunt, & si Episcopus obtinens Constatum, vel Ducatum, ratione illius habeat ius patronatus, subditur Ecclesiasticum, & ius patronatus spectans ad Prioratum est Ecclesiasticum, licet Prioratus sit iuris patronatus laici, numero 555.

Ius patronatus spectans ad laicos religiose viuentes, & portantes habitum religiosum, est Ecclesiasticum, & sic ius patronatus spectans ad illud de tertio ordine, & etiam spectans ad magistris, seu milites Ordinum militarium, etiam coniugatos, est Ecclesiasticum, numero 556.

Quamvis certum, & receptum sit Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici comprehendi in reservationibus, tamen non servatur in Hispania, & an id defendi possit, non obstantibus huiusmodi reservationibus, quae assensu non receptis, aut abrogatis in ius Beneficij, numero 557.

Resoluitur negativum, & illud de non receptione, aut abrogatione non posse applicari regulam reservationis, numero 558.

Est, quod Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici cadant sub hac reservatione, & alii, an scilicet sit, quando sunt debita certis personis, seu certo generi personarum, numero 559.

Cum sequentibus ponuntur sententiae Doctorum, & decisiones, & resolutiones Rosa, & tandem resolutum, idem esse, ut habet stilus curiae, cui videtur standum etiam in Hispania, in qua contrarium observatur, & a numero 566.

Agitur de indulto Clementis VIII. super modo providendi de Beneficiis patrimonialibus Calagurritan. An comprehendantur sub reservatione, & derogatione huius regule, numero 567.

gula posterioris, & resolutum non comprehendit, ex tribus rationibus adductis, n. 568. & 570.

Beneficia iuris patronatus laici, cum non comprehenduntur in reservationibus, etiam in corpore iuris clausis, nec Legatus illa potest conferre, & in gratia eorum necessaria est mentio, & derogatio iuris patronatus, numero 571.

Verba nostra regula, praesentationem &c. non includunt praesentationem laicorum, sed clericorum, numero 572.

Id procedit, quando ius patronatus competit laicus ex fundatione, vel donatione, seu ex privilegio, consuetudine, vel praescriptione, n. 573. & seq. etiam si ius patronatus ex privilegio, seu praescriptione spectet ad Ducem, vel alius Principes, nisi sit Regum, quoniam alius ius patronatus Ducum, &c. ex donatione, vel fundacione non censetur derogatum, nisi facta speciali mentione, &c. n. 574.

Ad excusandam reservationem ratione iuris patronatus laicorum, oportet docere de iure patronatus ex fundatione, &c. maxime si ante Concilio, numero 576.

Quod dicitur de iure patronatus ex praescriptione, seu consuetudine, non habet locum, ubi quis allegaret ius patronatus sibi competere, ex fundatione, vel donatione, & ad id probandum videtur innumerum, quae probat legitimum titulum ex fundatione, vel donatione n. 577. & procedit ubi ius patronatus absolute est ex praescriptione, seu consuetudine, sicut ubi est ex fundatione, licet praescriptum ab aliis n. 578. Vbi ponitur decisio, & resolutio Rosa.

Quando aliqui sunt veri patroni ex fundatione, vel donatione, sed non sunt in quibus possunt praesentandi, sed alij videtur requiri mentio, & derogatio iuris patronatus, n. 579.

Quod dicitur de iure patronatus, ex privilegio intelligitur, nisi sit cum clausula, quod non sit ex privilegio, sed ex vera, & realis fundatione, ac donatione laicali, seu cum clausula, quod habeatur, ac si ex vera donatione & fundacione competere, &c. n. 580.

Aut nisi sit ex causa onerata, n. 581.

Etiam Beneficia iuris patronatus mixti, non comprehenduntur sub reservationibus, nec a Legato conferri possunt, nec valeret prouisio Papae, non facta de eo mentione, &c. n. 582.

Solet ius patronatus mixto derogari in totum, in prouisionibus Papae, n. 583.

Cui tamen non derogatur, quia solet Papa derogare iuris patronatus laicorum pro medietate, quia ista derogatio iuris patronatus laicorum tantum, & mixto derogatio in totum, n. 584.

Et derogatio pro medietate non est aliud, quam reducere consensum per plures patronos praesentandos ad medietatem, &c. n. 585.

An derogatio pro medietate suffragari, quando praesentatio spectat ad unum tantum, seu ad plures, numero 586.

Resoluitur suffragari, quando plures sunt praesentati, aliter non.

De derogatione iuris patronatus laicorum remissum, numero 589.

Quando Beneficia vacant per assecutionem alterius, aut deuolutionem, & alia ubi habent possessores, derogatur iuris patronatus, etiam Principum in totum, & administratio etiam in Hispania, n. 590.

In Beneficiis iuris patronatus laicorum, seu mixti, sicuti non cadit expressa reservatio, ita nec tacta ex appositione maxime Papa numero 591. ubi